tum esse ⁊ totam om̄ino substantiā taliū in
diuiduoꝝ ſm Boeciū. ⁊ ꝑ ꝯsequēs oportebit
ea distingui ꝑ aliquid q̄n ē extra quiddita
tē ipoꝝ. qđ nō pōt esse nisi accn̄s. Alia vero
accidētia a magnitudine dimēsiua nō hn̄t
vn̄ numerent ex se. vel distinguunt sub spē
spālissima. sicut patet de albedine ⁊ q̄buscū
q̄ꝫ hmōi. sed hoc ꝯuenit soli q̄ntitati dimē-
siue. q̄ om̄ibꝫ alijs circūscriptis hꝫ vn̄ nume
ret ⁊ distinguat sub eadeꝫ specie. Possumꝰ
em̄ intelligere duas lineas distinctas solū
numero differre: oībꝫ alijs accidētibꝫ circū-
scriptis. Cuiꝰ ratio ē. qꝛ ipa q̄ntitas dimensi
ua includit diuisibilitatē cū situ infra suaꝫ
quidditatē. Et inde ē ꝙ ipa necessario req̄-
ritur ad hoc ꝙ natura specifica numeret i di
uersis indiuiduis. Si ḡ in angelis ē mate-
ria. ⁊ tamē nulla quātitas dimēsiua: mani
festū ē ꝙ nō ē dare ſm fictiōem ipsorū quo-
modo distinguant. cū suba circuscripta quā
titate sit indiuisibilis. ⁊ ꝑ ꝯsequēs indistin
guibilis ſm phm primo physicoꝝ. ¶ P. ſm
hoc natura angelica nō haberet aliq̄d ꝑ qđ
indiuiduaret. Dis em̄ forma recepta i ma-
teria ī se ꝯsiderata ē ꝯmūis. sicut pꝫ ꝑ phm
materia etiā q̄ cadit ī cōpositōe quiddita-
tis specifice eque cōis ē. alioquin nō esseꝫ ve-
ra cōmunitas in specie magis q̄ꝫ in indiui-
duo particulari vago. Si ergo deberat indi-
uiduari: requirit aliq̄d aliud ꝑ qđ determie
tur: sed sicut maťia ⁊ forma ⁊ q̄dditas speci
fica ex ipsis ꝯposita nō habēt infra rōꝫ sue
nature vn̄ determinent ad vnū numero. sic
nec accidētia alia circumscripta q̄ntitate di-
mēsiua: infra cuiꝰ quidditatē cadit situs de
terminatus ad quē alie ꝯdiciōes ī indiuiduā
tes ꝯsequūt vt ꝑdictū ē. Si ḡ q̄dditas an-
geli ē composita ex maťia ⁊ forma. ⁊ tn̄ caret
q̄ntitate dimēsiua: manifestū ē ꝙ nō habet
aliquid ꝑ qđ sit hoc aliquid: ⁊ suppositūꝫ
vnū nūero. Cū aūt actꝰ sint suppositoꝝ: si ī j. meth.
angelis nullū ꝯcedat eē suppositū nulluꝫ
poterūt hēre actū. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec videre deum
qđ ē ꝯtra fidē ⁊ euāgeliū Mat. xix. angeli
coꝝ sp̄ vidēt faciē ⁊c. Sꝫ isto q̄d absurdiꝰ.
ḡ absorbeat materia quā ponūt in angelis

ita ꝙ nulla ponat̃ i eis: ne nõ solum contra
philosophiã: sed etiam cõtra fidem huiuſ-
modi positio siue fictio defendat̃. Qđ tamẽ
dictũ ẽ. ꝙ forma recepta i materia nõ indi-
uiduat̃ sine q̃ntitate dimẽsiua: satis ꝯsonat
ꝟbis phi. Uerũtamẽ vtꝝ possit aliunde deo
operãte indiuiduari: vel nõ dubiũ videtur
sed tamẽ hoc videmus ꝙ aliã causam ꝑci-
sam indiuiduatiõis i hmõi rebus iã creatꝭ
De multiplicatõe pũcti nõ inuenimus. ¶ Quod aũt dicit̃ de pũcto
ꝙ cedit in duo pũcta: si intelligat̃ hoc fieri
ƀm rem: nihil ẽ quod dicit̃. qm nõ ẽ intelli-
gibile fieri hoc posse: nec ꝑ diuisiõez cũ sit i-
diuisibile. nec ꝑ migratiõez: cũ accidẽtia nõ
migrẽt. nec ꝑ aliã mutatiõem. quia ƀm Bo-
etium: accidẽtia sunt indignãtis nature. et
corrumpunt̃ citius ꝙ̃ trãsmutent̃. Põt ta-
mẽ idẽ pũctus ƀm rẽ cedere i multa ƀm rõ-
nẽ. sicut patz de pũcto cẽtrali qui ẽ vnus re:
sed differt ratione ƀm diũaz lineaꝝ i ipo cõ-
currẽtiũ. et quidẽ inter duo pũcta ꝯtingit in-
uenire diuersitatẽ. sed hoc nõ ẽ nisi ꝑpter di-
uersitatẽ quãtitatis dimẽsiue. Si eñi quã-
titatem circũscribamus: nõ est quo pũctuz
a puncto distinguamus. quoniaz si ponã-
mus ea simul i eodem situ: manifestũ est ꝙ
nõ ẽ quo distinguant̃ ipsis lineis quarum
sunt termini circumscriptis. Situs eñi di-
uersi i quibꝫ ponant̃ nõ pñt fingi quãtitate
dimẽsiua circumscpta. et sic liquet ꝙ impos-
sibile ẽ puncta ab inuicez distingui: vel ali-
quam formã specificã ƀm numeꝝ sine quan-
titate dimẽsiua. ¶ Qđ aũt dicit ad secũdũ
argumentũ. ꝙ licet sensus et imaginatõ sint
ꝟtutes alligate materie: tamẽ recipiũt spẽs
sine materia. et eodẽ mõ angelus habet opa-
tionẽ immaterialez. licet ipe sit materialis.
nullo mõ põt stare. nec hꝫ aliquaz ꝓbabili-
tatẽ. manifestũ ẽ eñi ꝙ opatio sensus vl' ima-
ginatiõis. nõ se extẽdit ad aliqđ obiectũ im-
materiale. eo ꝙ sũt ꝟtutes alligate materie.
ꝗ si angel⁹ ẽ materialis. et ꝑ ꝯñs hꝫ ꝟtutẽ al-
ligatã materie. cum ꝟtus et opatio subam
nõ excedãt: ipossibile esset ꝟtutẽ angelicam
suam opatiõez ad aliquod immateriale ex-
tẽdere. et ꝑ ꝯñs nec deũ videre. qđ ẽ ꝯtra fidẽ
manifeste. Alia etiã tãgũt i illa m̃siõe que
friuola sunt: nec faciũt ad ꝓpositũ. Illa eñi
spũalis materia de qua loquũtur fictio sola
ẽ. ex qua multa fidei ꝯtraria cõcludi pñt. et
ideo ponere aliũm modũ receptionis rõne
eius innitit̃ nihilo. quia ꝓ q̃dditas ange-
li ẽ forma simplex. hinc ẽ ꝙ forme recepte in

itellectu ipsi⁹ sunt repñtatiue formaꝝ imma-
terialiũ. et ꝑ habitũ glie apt⁹ ẽ eleuari ad vi-
siõz forme pme q̃ de⁹ ẽ: qđ nõ eẽt possibile si
haberet materiã et ꝟtutẽ alligatã materie: si-
cut sensum et imaginatiõem que sunt ꝟtu-
tes hmõi. ¶ Quod tandẽ dicit ad terciũ.
ꝙ dictũ Dionysii q hꝫ itelligi ꝙ angeli sũt i-
mãtiales q̃ ad nos et nõ simplr i sua natura
eo mõ pñt dicere de h ꝙ dicit ꝙ sũt incorpei
qđ. s. nõ vult dicere ꝙ sunt simpliciter incor-
porei i sua natura: sed solũ i compatõne ad
nos. quod ẽ mãifeste falsum. Dictũ ꝟo Da-
mas. supra expositũ est.

Articulus vn-

a decim⁹ de hoc qđ dicit Tho.
ꝙ impossibile ẽ duos angelos
eẽ eiusdem spẽi. Itẽ eadẽ. q. ar. iiij. i m̃sione
ꝓncipali. et q. lxxv. articulo vltimo i respõn-
siõe ꝓncipali: dicit. ꝙ impossibile ẽ duos an-
gelos esse eiusdem speciei: sicut impossibile
ẽ dicere. ꝙ essent due albedines seꝑate: cuz
nõ sint plures albedines: nisi quia sunt in
pluribus subiectis. Et etiaz si angeli habe-
rent materiam: neqꝫ sic possent esse plures
eiusdẽ speciei. Sic eñi oporteret ꝙ principiuz
distinctiõis vnius ab alio nõ quidẽ eẽt ƀm
distinctiõem quãtitatis cum sint incorpo-
rei. sed ƀm diuersitatez potentiaꝝ que faciat
diuersitatem nõ solum speciei: sed etiaz ge-
neris. Item i his que sunt eiusdem speciei:
nõ ẽ inuenire ꝓus et posterius: vt dicit̃ 3° [sic] metaph. Sed in angelis vnius ordis sũt
primi. medij et vltimi: vt dicit Diony. x. ca.
angelice hierar. ergo angeli nõ sunt vnius
speciei. Hec dicit Thomas.

Corruptorium

Hec positio videt̃ ꝯtra fidei catholice. q: de-
rogat omĩpotẽtie diuie. Cũ eñi multiplica- 1
tio angeloꝝ vel vnitas q̃cũqꝫ nõ sit ab ope
nature sed potẽtie diuie. dicere ꝙ ipossibile
ẽ duos angelos esse eiusdem speciei: idem ẽ
dicere. ꝙ deum nõ posse hoc facere vel fecis-
se: quod ẽ damnatũ ꝑ episcopũ et magistros
parisienses ¶ Item illud quod adducit de 2
duabus albedinibus seꝑatis est falsum et
contra altaris sacramentum. vbi fide tene-
mus plures albedines ab omĩ materia se-
ꝑatas esse eiusdẽ speciei ope vel actione di-
uine potentie. ¶ Ulterius dicim⁹ ꝙ hñt ma- 3
teriã spũalem. et tũc materie eorum distin-

gunt̃ nõ p diuisiõz q̃ntitatꝭ nec p diũsita
tẽ potẽtiaꝝ sicut dicit. sꝫ p multiplicatiõez
nũerabilitatꝭ: sic cũ vnᵘ pũctᵘ fit duo pũcta
De hoc mĩsio meliᵘ ĩ articulis. q. determinata
4 rũ. q. cclij. ¶ P. Damas. in sua logica. ca. xx
vj. de psona ita dicit. Persona ẽ q̃ ꝓprias
opatiões ꝛ ꝓprietates manifestatiua ꝛ cir
cũterminatiua ab his q̃ sunt vnius nature:
cũ ipa nobis tribuit expssionẽ. verbi gratia
Gabriel cũ sctã dei genitrice disputãs vnᵘ
angeloꝝ existẽs illic psens disputauit: sepa
tus ab angelis ꝯsimilibꝫ p eũ q̃ in loco ẽ p
5 sentiã ꝛ disputatõem. ¶ Idẽ i eodẽ lib. sup
us. ca. xj. de subã. natura ac forma indiui
dui dei. ꝛ psona ac ypostasis ita dicit. Eximi
ores phi materiã vocãt speciẽ specialissimã:
vt angelũ. hominẽ. equũ. Et eodẽ ca. infra.
Sãcti patres dimittentes cõtẽtiosas gar
rulatões ꝯmunet de multis dictũ. i. spẽꝫ spe
cialissimã ꝛ materiã ꝛ formã vocauerũt: vt
angeluꝫ. hoiem ꝛ talia: ecce ꝙ angelᵘ ẽ spẽs
spãlissima taꝫ fm phos q̃ꝫ fm sctõs patres.
6 ¶ Ad illud qd̃ dicit de pho i. iij. metaph. ꝙ
inter indiuidua vnius spẽi nõ ẽ prius ꝛ po
sterius. Dicẽdũ sicut exponit ꝯmẽ. verbũ Ari
sto. ꝙ inter idiuidua eiusdẽ nature nõ ẽ po
sterius quod ꝯstituatꝭ p prius: sicut videmᵘ
in linea p̃dicamẽtali ꝙ prius ẽ de essentia po
sterioris nõ ẽ autem talis ordo in angelis.
Desunt verba eorum.

Responsio adhec

fm Thomã. Ex simplicitate angeli ar. pri
mo declarato. mãifestũ ẽ ꝙ ipossibile ẽ duos
Ad 1 angelos eẽ eiusdẽ spẽi. Nec ẽ hoc ꝯtra fidẽ
nec derogat potẽtie diuine. Cum eñ eo ipso
ꝙ sunt forme simplices sine materia subsi
stẽtes: manifestũ sit eos differre sola drĩa
formali que facit diuersitatẽ i specie: dicere
eos nõ eẽ posse eiusdẽ speciei: nõ plᵘ derogat
diuine potẽtie q̃ꝫ dicere q̃cũqꝫ differũt specie
nõ posse eẽ eiusdẽ speciei. Dicere vero ꝙ canis
ꝛ lupus: vel ꝙ accipiter ꝛ aquila: licet in a
ctu sentiẽdi ac multis conueniũt actionibꝫ
animalis nullo mõ posse in vna specie poni
stãte eoꝝ natura. nõ ẽ dicere cõtra fidẽ: nec
derogat diuine potẽtie: cũ includat ꝯtradi
ctõem. Silr omnino i ꝓposito: licet angeli i
multis: vt in actu intelligẽdi ꝛ alijs sint si
miles. tamẽ differũt fm nature graduꝫ: vt
patet ex dictis: dicere ꝙ possint esse eiusdeꝫ
spẽi. ꝛ p ꝯsequẽs sic nõ differre includat cõ
tradictõez. ꝛ hoc posse fieri qd̃ hmõi ẽ repu
gnat omi intellectui. Qd̃ vero dicũt damna
tũ p epm ꝛ p mgros salua pace eoꝝ non di
cũt veꝝ. Dcĩ eñ doctores i h̃ ꝯueniũt. ꝙ q̃
sunt diuersaꝝ spẽꝝ nõ pñt poni i vna specie
stante natura vtriusqꝫ. sicut ꝙ hõ et lapis
sint eiusdẽ speciei amboꝝ natura remanẽte
Et p hoc pꝫ mĩsio ad pmũ. qꝛ quod hic di
citꝭ huic innititꝭ positiõi. ꝙ angeli cũ sint for
me simplices: vt videtꝭ fm sctõs ꝛ phos: so
la drĩa formali. ꝛ p ꝯñs specifica differre
pñt. ꝛ h̃ posito non possꝫ deᵘ facere duos in
sua natura. ꝛ tali pmanẽtes eiusdẽ spẽi ꝓpẽ
ꝯdictõez inclusaꝫ. ¶ Ad. ij. cũ dicũt ꝙ plẽs Ad 2
albedines sine omi materia sunt i sacro al
taris i diuersis hostijs ꝯsecratis. Dicẽdũ ꝙ
q̃uis i sacramẽto illo bñdicto nõ remaneat
mãia q̃ ẽ subiecta forme subãli: manet tñ
quãtitas dimẽsiua que ẽ ꝓpriũ subiectũ al
bedinis: p cuiᵘ diuisionem numeratꝭ ibideꝫ
Sꝫ duas albedines sepatas a materia ꝛ a
q̃ntitate dimẽsiua ipossibile ẽ intelligere i
mo includit ꝯtradictõem. ¶ Q. tcio dicũt Ad 3
vlteriᵘ ꝙ i angelis ẽ materia spũalis. supra
ar. primo ẽ improbatũ. ꝛ ideo bñ necesse ẽ
ꝙ dicant melius ꝛ verius. ¶ Quod vo ad Ad 4
ducũt quarto de Damasceno nõ facit p eis
in aliquo. Licet eñ p̃sentia Gabrielis i lo
co: ꝛ eius cũ btã vgine disputatio notificẽt
nobis aliqualiter eius distinctõez ab alijs
nullo tñ mõ natura incorporea p situꝫ vel
actõem realiter numerari vel distingui põt
nec vnq̃ꝫ hoc intellexit Damascenus. ¶ Ex Ad 5
hoc vo ꝙ q̃nto adducũt de Damas. nõ plᵘ
habẽt nisi ꝙ angelũ numerat int̃ spẽs spãlis
simas. ꝛ hoc vnq̃ꝫ nõ ideo facit ꝙ ibi intel
ligi velit realẽ ꝯmunicabilitatẽ vnius spe
ciei a pluribꝫ suppositis. sed ꝓpter nostruꝫ
modum intelligendi: qui nõ concipimᵘ for
mas immateriales nisi p modũ materiali
um formaꝝ p quas in eaꝝ cognitõem con
surgimᵘ. Quia ĝ in his materialibꝫ realeꝫ
cõmunicabilitatẽ videmᵘ: formas imãia
les cogitãs p ipas cũ quadã ꝯmunicabi
litate ꝯcipimᵘ cũ ibi nulla sit in eadẽ specie
fm rem. Ipa eñ natura angelica determina
ta ad gradum quemcũqꝫ in quo concipitꝭ
vt specifica: seipsa realiter ẽ indiuidua. cum
nõ sit nata in aliquo esse. nec sit aliquid da
te p quod indiuiduatꝭ. ¶ Quod vero sexto Ad 6
respondẽdo dicunt. ꝙ dictum phi ꝙ in sup
positis eiusdem speciei non est prius et po
sterius: sic habet intelligi. ꝙ posteriᵘ nõ ꝯstꝭ

tuit p prius i indiuiduis eiusdẽ spẽi: mani
feste ẽ ɔtra mentẽ phi. ⁊ ɔtra veritatem. Ui
demus em̃ ꝙ supposita diuersaꝝ speciez sic
se habẽt. ꝙ vnũ nõ ẽ de ɔstitutõe alterius. si
cut suppositũ lapidis nõ ẽ de ɔstitutõe ho
mis. ⁊ tñ ſm phm ⁊ ſm veritatẽ dicunt dif
ferre ſm gradus. ⁊ ſm prius ⁊ posterius. qꝛ
natura generis. s. corpus sub alio gradu et
alio inuenit i homie ⁊ i lapide. pꝑter quod
differũt spẽ: sicut pꝫ manifeste omibus. eo
dem mõ et quo ſm Diony. i angelis sunt
gradus nature. licet vnus angelus non sit
de ɔstitutiõe alterius. nccãrio tñ specie diffe
rũt. nihil ḡ dicũt isti homines.

Rticulus du

a odecim⁹ De h̄ ꝙ dicit Tho. ꝙ
gen⁹ ⁊ dr̃a i imãtialib⁹ accipiũt
ſm ɔsideratõꝫ penes dẽtminatũ ⁊ indetmiatũ
Jrẽ ea. q. ⁊ co. ar. i m̃. ꝑmi arg. dicit. ꝙ gen⁹
⁊ drñã accipiũt ſm ɔsideratõeꝫ: inq̃ʒtũ em̃
res vna accipit vt aliqd indetmiatuꝫ ẽ ibi
natura generis: inq̃ʒtũ ḏo vt detemiatũ ac
cipit ẽ ibi natura drñe. aliter opteret ꝙ oĩa
aĩalia eẽnt eiusdẽ spẽi. vel ꝙ in eis eẽt aliq̃
alia forma pfectior q̃ anima sensibil. Hec
dicit Thomas.

Corruptorium

Hic error orit ex duob⁹ alijs erroib⁹. quo
rum vnus ẽ ꝙ res spũales vt angelus ⁊ ani
ma nõ sunt composite ex materia ⁊ forma.
Scðs ẽ. ꝙ i hoie sit tm̃ vna forma subalis
1 ⁊ silr i quolibet alio aĩali: vt infra patebit
Qð autẽ hic dicit patet eẽ falsum. quia si
ita eẽt: nũq̃ i rebus immaterialibus eẽnt si
mul gen⁹ ⁊ drña apud eundẽ intelligenteꝫ
Qñ em̃ qs intelligit rẽ illã vt indetermia
tã: nõ intelligit eã vt determinataꝫ. ⁊ ita qñ
itelligit sub ratõe generis: tũc nõ põt ei co
pulare rõem drñtie: nec ecõuerso. quod pa
2 tet eẽ falsum. ¶ Itẽ pꝑter ɔsideratõeꝫ nr̃aꝫ
nõ attribuunt neq̃ materialib⁹ vel imãria
lib⁹ p̄dicata accñtalia. nã si ɔsidero angelũ
vt bonũ: nõ pꝑter hoc ẽ bon⁹. aut vt maluꝫ
nõ pꝑter hoc ẽ malus. vel vt scientẽ futura
ad mille annos. nõ pꝑter hoc ipe scit. Silr
de reb⁹ materialib⁹: si ɔsidero coruũ vl' ethi
opẽ vt nitentẽ intẽso colore albedinis: non
pꝑter hoc sunt tales. Si ḡ ɔsideratio nr̃a
n pt attribuere p̄dicata accñtalia mlto magis
nec eẽntialia: talia aũt sunt genus ⁊ drña.

¶ Ad argumentũ dici põt. ꝙ illud qð hꝫ p
incõueniẽte. s. ꝙ in brutis sit alia forma no
bilior q̃ sensitiua. nõ est inconueniens. im
mo hoc solebat poni antiquitus ɔmuniter
Hec sũt verba coꝝ que pꝛuã vident hr̃e no
ticiã coꝝ que loquunt.

Responsio ad hec

ſm Thomã. ¶ Qualiter genus ⁊ drña sint
secũde intẽtiones fundate sup diuersos cõ
ceptus mentis de vna ac eadem re indeter
minate vel determinate intellecta. patet p
Thomaꝫ de ente ⁊ eẽntia. Nisi em̃ natura
generis ⁊ natura differẽtie eẽt vna realiter
diuersimode vt dictũ ẽ concepta. nec de vna
re eẽntialiter p̄dicarent: nec res nature sꝫ so
lius ratõis dicerent. nũc autẽ de vna ⁊ eadẽ
re. i. specie predicãtur eẽntialiter. quia eãdẽ
importãt essentiã. ⁊ ratõis res nõ nature di
cunt. quia dicunt vnã naturaꝫ nõ vno mõ
sed diuersimode a ratione ɔsideratã. Hec
reuera ẽ sñia omniuꝫ phorum de hac mate
ria loquentiũ. Unñ patet ꝙ nõ est erroneuꝫ:
nec ex erroribus habet ortũ: cum falsitas er
roris mater: nõ veritatis esse põt. ¶ Q, em̃
dicũt errorẽ primũ. s. angelũ nõ esse compo
situꝫ ex materia ⁊ forma in p̄cedẽti articulo
ostensum ẽ eẽ verissimuꝫ. Quod vero asse
runt errorẽ esse secunduꝫ. in sequentib⁹ deo
iuuante monstrabit ab omi errore alienuꝫ
infra articulo. xxxi. ¶ Ad obiectũ igit ꝑmũ Ad i
cũ dicũt ꝙ intellectus qñ intelligit rẽ indet
minate nõ intelligit eã determiate põt ɔtẽ
di. verũtñ intellectus sic intelligẽs intẽtio
nes simplices generis ⁊ drñtie intelligit ꝙ
iste due intẽtões fundant quidẽ nõ sup di
uersas naturas: sed sup diuersos ɔcept⁹ de
vna re ⁊ eadẽ alr ⁊ aliter intellecta. ⁊ inde ẽ
ꝙ intellectus componẽs dicit ista duo. s. ge
nus ⁊ drñam. de vna re. s. spẽ p̄dicari eẽntia
liter. qd em̃ verius dici põt q̃ qð de eodẽ p̄
dicet natura aliq̃ eẽntialr qñ itelligit vno
mõ. s. indetmiate p gen⁹. ⁊ qñ itelligit deter
miate p draꝫ. Si ḏo (vt isti putãt) genus ⁊
dña dicerẽt duas diuisas naturas realr ipos
sibile foret ꝙ de vna ⁊ eadẽ nala specifica es
sentialr dicerẽt. ⁊ h̄ forte iferi⁹ i tractatu de
vnitate forme subalis in eodẽ arti. xxxi. ostẽ
det. Et tamẽ qui ponũt plures formas sub
stãtiales in eodẽ: si velint saluare p̄dicatõꝫ
eẽntialẽ generis ⁊ drñe de eadẽ spẽ necesse ha
bẽt dicere ꝙ nomẽ generis qð imponit a for

ma p̄ori significat totā ēntiā vel q̄dditatē
rei indeterminate: 7 nomē dr̄īe impositū a for
ma posteriori significat eādē q̄dditatē deter
minate. quō em̄ aliter p̄dicarent̄ de eodē nisi
denoiatiue: sicut albū 7 musicū. ¶ Ad scd̄m
qd̄ ē risu dignū: dici pōt q̄ nr̄a cōsideratio
Ad 2 nō tribuit reb⁹ intellectis formas acciden-
tales aliquas vel sub̄ales. nr̄ tn̄ intellectus
pōt vario mō vnā formā vel naturā intelli
gere. 7 vario mō ꝯceptā diuersis nomib⁹ ip
sos ꝯcept⁹ notificātib⁹ significare. 7 sic plu-
ra p̄dicata eidē rei vno noie. s. sp̄ei significa-
te attribuere. 7 h̄ deberēt q̄ alios ꝯtemnūt ip
si nihil intelligūt didicisse. ¶ Qd̄ vo dicūt
ad argumentu Thome ōn̄dēdo. q̄ nō ē in-
cōueniēs aliā formā nobiliorē q̄ aiam sen-
sitiuā poni i aiali bruto: nimis ē brutalit̄ di
ctū. Ex hoc em̄ sequeret̄ q̄ haberēt intellectū
vel aiam intellectiuā: que fm oēs p̄hos im
mediate i ordine formaꝝ sub̄alium: sequit̄
aiam sensitiuā. et reuera si bruta aialia ha-
berēt animā intellectiuā sciētie susceptiuā 7
possent tn̄ edoceri q̄ istos brutaliter loquē
tes i sapiētia excederēt.

Articulus tre-

a decimus de hoc q̄ dicit Tho.
q̄ cū angelus sit forma subsi-
stēs: incorruptibilis ē necessario ¶ Itē. q. xv
arti. v. i r̄nsione p̄ncipali dicit. q̄ cū angel⁹
sit forma subsistēs: impossibile ē q̄ ei⁹ sub̄a
sit corruptibilis. Qd̄ em̄ alicui ꝯuenit fm
se: nūq̄ ab eo separi pōt. ab eo tamē cui cō-
uenit p̄ accn̄s pōt separi. separato eo fm q̄ ei
ꝯueniebat. Rotūdū em̄ a circulo separi nō
pōt. q̄ ꝯuenit ei fm seip̄m. sed eneus circu-
lus pōt amittere rotūditatē: p̄ hoc q̄ circu
laris figura separ̄ ab ere. esse aūt fm se cōue
nit forme. vnūquodq̄ em̄ ē ens actu fm q̄
habet formā. cōpositū 7 igit̄ ex materia 7 for
ma desinit esse actu: p̄ hoc q̄ forma separ̄ a
materia. Sed si forma subsistat in suo esse
sicut i angelo ē sicut dictū ē. nō pōt amitte-
re eē. Ip̄a igit̄ imaterialitas angeli ē cā q̄re
ē incorruptibilis fm suam naturā. Hec di
cit Thomas.

Corruptorium

¶ Hic dicit aliquid veꝝ. s. q̄ angelus ē icor
1 ruptibilis fm naturā suā. Itē aliquid qd̄
ē erroris figmentū. s. q̄ angelus ē immateri
alis. nam si esset angelus immaterialis: nō
esset capax alicui⁹ accidētis. 7 p̄ consequēs
nec culpe nec glorie: vt alibi ē ostēsum. 7 iō
cū angelus habeat materiā. s. sp̄ualem: cui
dat esse formaliter. sicut pōt intelligi hmōi
formā non dare esse: ita fm hoc pōt intelli
gi angelus nō esse vel corrumpi. et ideo nō
dat verā cām incorruptibilitatis angelice.
¶ Itē qd̄ dicit q̄ angelo ꝯuenit esse fm se. 7
ideo nō pōt separi ab eo: sicut nec rotundi 2
tas a circulo. aut si fm se dicit ꝯdicōē cau
se aut subiecti. si cause: hoc ē dicere q̄ ange-
lo ꝯuenit esse fm q̄ ē nō p̄ aliā cām quā p̄
formā suā. quia forma dat esse nō alia cā.
tunc veꝝ dicit. sed nihil ad p̄positum. Si
aūt si fm se dicat ꝯdicionē subiecti falsum
ē. q̄ forma fm q̄ forma nō ē subiectū. nec
p̄ ꝯsequens alicui⁹ fm se ē subiectū. vt dicit
Boecius de trinit̄. ca. iij. Et ideo nec fm se
habet esse subsistēs i genere. ¶ P̄. nec re nec
intellectu rotunditas a circulo separi pōt: 3
q̄ ꝯuenit ei fm se: sed ab angelo fm intelle
ctū separi pōt esse. quia om̄is creatura pōt
intelligi nō esse. vt dicit Ans̄. p̄solo. ca. iij. 7
ca. xxiij. 7 ideo angelo nō ꝯuenit esse sic ro-
tūditas circulo. Hec sunt v̄ba eoꝝ.

Responsio ad hec

fm Tho. Scd̄m v̄itatē hec nō sunt nisi v̄-
ba. Qd̄ em̄ dictū ē erroris figmentū. s. q̄ an Ad 1
gelus ē im materialis: manifestū ē ex dict̄. 5.
q. x. q̄ dicūt falsum. immo oppositū huius
multoꝝ erroꝝ foret inductiuū sine illatiuū
Si em̄ angelus esset ꝯpositus ex materia 7
forma: nō posset poni h̄re v̄tutē intellectua
lē: cui⁹ ē formā sine om̄i materia intueri. 7 p̄
ꝯn̄s nō posset eleuari p̄ aliquē habitū ad
videndū deū p̄ essentiā qui forma pura ē. si
cut nec sensus: eo q̄ ē materialis. et istud fi-
dei repugnat. Incōueniētia v̄o q̄ dicūt se-
qui ad simplicitatē nature angelice: prout
patuit ex dictis i predicta. q. x. nō sequūt̄ ex
ip̄a. 7 ex his euacuat̄ obiectio prima. ¶ Ad Ad 2
ij. cū dicūt formā nō esse alicui⁹ subiectum
fm Boeciū. p̄ut i. x. q. declaratū ē: palā ē q̄
ip̄si dicūt falsum. ¶ Q, v̄o dicunt q̄ circul⁹ Ad 3
nō pōt intelligi sine rotūditate. 7 omis cre-
atura fm Ans̄. pōt intelligi h̄re nō esse quo
ad illud quod ponūt de suo. s. q̄ circul⁹ non
pōt intelligi sine rotūditate: falsum ē. Lux
em̄ rotunditas sit p̄pria passio circuli. sicut
h̄re tres angulos trianguli. 7 p̄ ꝯn̄s sit extra
ēntiā ip̄sius. manifestū est q̄ necessario in-

cludit infra intellectū ipsius. pōt em̄ subiectū intelligi sine sua passione. ꝗuis nō possit sine ea subiectū poni in esse. ⁊ eodē mō pōt quidditas cuiuslibet creature ſm Anſ. sine esse suo. quod nō ē ipa ab intellectu cōsiderari. ꝗuis sine esse nō possit intelligi eē. Isti aūt diuersi modi intelligēdi vnū sine altero. s. ꝙ ꝯsideret ab intellectu sine eo: vel ꝙ intelligat esse: fallit multos. et ideo expedit istā distinctionē notare.

Articulus decimusquartus.

a De hoc quod dicit Tho. ꝙ multitudo ſm materiā cū i infinitū ꝓcedi possit: nō intendit ab agēte. Itē ea. q. eo. arti. in rn̄. vltimi arg. dicit. ꝙ multitudo ſm materiā cū i infinituꝫ ꝓcedi possit nō intēdit ab agēte: sed multitudo ſm speciē. Hec dicit Thomas.

Corruptorium

1 Hoc ē erroneū pmo. qꝛ cum multitudo hominū ⁊ equoꝝ ⁊ alioꝝ aīaliū nō possit esse ſm spēm: sed ſm materiā vel numeꝝ tm̄. qꝛ p generatiōes aīaliū nō multiplicat spēs sꝫ indiuidua: sequeret ꝙ deus p illud Gen. j. ⁊ ix. ca. Crescite ⁊ multipli. ⁊ re. ter. pcepissꝫ implere quod nō intēdebat ipē. ⁊ ꝙ nec hō nec aliqua natura in aīalibus alijs deberet

2 intēdere ¶ P. pmū agēs creās homies multiplicatiōem electoꝝ ⁊ reparationē angelorū intēdebat. quod pꝫ p effectū. ⁊ idē debet intēdere hō generās. Hec autē multitudo electoꝝ: ⁊ repatio ruine angeloꝝ nō fuit nisi ſm multiplicatiōꝫ indiuiduoꝝ ſm materiā. g̃ hāc intēdebat pmū agēs ⁊ scōm. ¶ P. rō sua nō valet. qꝛ ſm hoc hō nūꝙ intēderet diuidere linea vl' aliqd ꝯtinuū. nec nūerare aliquā rē. cū linea possit diuidi i ifinitū. nēo em̄ intēdit diuidere lineā ꝗtū pōt diuidi vel augere nūerū ꝗtū pt augeri. sꝫ ꝗtuꝫ sufficit ad ꝓpositū suū. Hec sūt ꝟba eoꝝ.

Responsio ad hec

ſm Tho. Cōsiderādū ē ꝙ Tho. soluendo istud argumētū intēdit docere ꝙ ad pfectōnē angelice nature nō ptinet ei⁹ multiplicatio i eadē spē ſm nūeꝝ. ⁊ P. qꝛ videm⁹ ꝙ cuꝫ aliq̄ natura ꝓpter pfectōꝫ suā multiplicat: multiplicatio ſm nūerū nō intēdit vt finis ab agēte. qꝛ tal' multiplicatio ſm nūeꝝ non hꝫ certū terminū. put docet Tho. i. j. p. q. xlvij. ar. vl. i solutōe scōi arg. Hoc ꝯsiderato pꝫ solutio ad ea q̄ obijciūt. ¶ Ad pmū. cuꝫ dicit de⁹. crescite ⁊ multipli. dicēdū: ꝙ ꝗuis intēdebat de⁹ ꝯspēs aīaliū multiplicari deberet ſm numeꝝ materialē. nō tn̄ hoc intēdebat vt finē ad quē alia ordinaret: sed tāꝙ ordinabile ad finē vt ad hoim vtilitatē ipsaꝝ speꝝ ꝯseruatiōeꝫ: q̄ absqꝫ tali multiplicatōe ꝯseruari nō pnt ¶ Eodē mō dicendū ē ad scōm. s. ꝙ pmū agēs intendebat multiplicatiōꝫ electoꝝ ⁊ repatōeꝫ angeloꝝ: nō intendēdo ipsā multiplicatōeꝫ materialē ſm numeꝝ: sed magis ordinando ipaꝫ ad pfectā sue bonitatis repn̄tatōꝫ ¶ Q. ꝟo dicūt iij. ꝙ rō sua nō valet. qꝛ ſm hoc hō nō intēderet diuidere lineā. planū ē ꝙ nō sequit qꝛ hoc hō nullo mō intēderet nisi vt ordiabile ad finē. cū vanū foret hmoi diuisioneꝫ finalit' intēdere q̄ i infinitū ꝓcedi posset. eodē mō dicēdū de diuisione cuiuslibet ꝯtinui ⁊ de additione numeri.

Ad 1

Ad 2

Articulus quīdecim⁹.

a De hoc ꝙ Tho. dicit. ꝙ xp̄s p⁹ resurrectōꝫ hēat corp⁹ talis nature i qd possꝫ cibꝰ ꝯuerti. Itē. q. ij. ar. iij i rn̄siōe. v. argu. dicit. ꝙ ꝗuis p⁹ resurrectōꝫ cibꝰ nō ꝯuerteret i corp⁹ xp̄i: sꝫ resolueret i p iacētē materiā. tn̄ xp̄s habebat corp⁹ tal' nature i qd posset cibꝰ ꝯuerti. Hec Tho.

Corruptorium

Hoc videt erroneū. qꝛ cū cibꝰ nō ꝯuertat i corp⁹ comedētis nisi ꝓpter restauratōꝫ depditi. vel ꝓpt' augmētatōꝫ q̄ntitatis alicui⁹ dicere ꝙ i corp⁹ xp̄i gliosuꝫ pt ꝯuerti cibꝰ: ē eidē dicere. vel ꝙ i eo esse potuit aliq̄ depditio. qd ē ꝯ dotē ipassibilitatis. vel ꝙ i corpe xp̄i nō fuit pfecta ⁊ fixa quātitas. cui⁹ cōtrariū tenet fides. Hec sunt ꝟba eoꝝ.

Responsio ad hec ſm Thomā

Ad istā instātiā breuē breuit' pt dici. ꝙ cibꝰ ꝯuertit i corp⁹ comedētis alimēto indigētꝭ ꝓpt' depditi restauratōeꝫ. vel ꝓpt' augmētatōꝫ. nec tn̄ sequit' qn possit ꝯuerti i corp⁹ xp̄i vel alicui⁹ nō indigētis talibꝰ si placerꝫ deo ⁊ iō dicit Tho. ibidē. ꝙ angel⁹ qꝛ nō hꝫ corpus sibi vnitū naturalit' i qd possꝫ cibꝰ ꝯūti. iō nō fuit ꝟa comestio angeli sꝫ figurata de q̄ hr̄ i Thobia. sꝫ xp̄s p⁹ resurrectiōeꝫ habuit veꝝ corp⁹ vt dicit tho. ibidē. naturalit'

C

aie sne vnitū i quod posset p naturā cibus
ↄuerti. ꝛ ↄuerteret si indigeret vel opteret: si
cut videm⁹ ꝙ panis i sacramēto altaris cō
uertit i corpus eius. ꝛ ideo post resurrectōē
fuit vera comestio eius.

Rticulus sede

a cim⁹. De hoc ꝙ Tho. dicit. ꝙ an
gelus pōt trāsire ab extremo i ex/
tremū nō trāseūdo mediū. Itē. q. liij. ar. ij. i
rn̄sione qōis dicit. ꝙ put mot⁹ angeli nō ē
ↄtinu⁹ impossibile ē qn trāseat de extremo i
extremū. ꝛ nō ptrāseūdo mediuꝫ. Et addit
ꝙ moueri ab extremo i extremū ꝛ nō p medi
um. pōt ↄuenire angelo ꝛ non corpi. qꝛ cor
pus ↄmēsurat ꝛ ↄtinet loco. sed sub a angeli
nō ē subdita loco nec ↄtenta: sed supior vt
ↄtinens. Vn̄ in ptāte eius ē applicare se lo
co put vult: vel p medium vel sine medio.
Hec dicit Thomas.

Corruptorium

1 Ex his sequit error damnat⁹. s. ꝙ angel⁹ ali
quādo ē nusq̄. qd̄ ē ↄtra euāgeliuꝫ Mat.
2 xviij. Angeli inquit eoꝝ q̄ i celis sunt. ¶ Itē
hoc est ↄtra Damas. li. j. ca. xviij. Circūscri
ptibile inq̄t ē quod loco vel tpe vel apphē
sione ↄphēdit. Incircūscptibile ᵽo qd̄ nul/
lo hoꝝ cōtinet. Igit incircūscptibile ē solus
deus. Angel⁹ em̄ ꝛ tpe circūscribit. icipit em̄
esse ꝛ loco. ꝛ si intelligit vt p̄diximus. ꝛ com
prehēsione essentiā suaꝫ ad inuicem sciunt.
3 ¶ Itē ē ↄtra phm̄ scdo celi ꝛ mūdi. Om̄s in
quit homies sunt i loco huius corpis mo/
bilis pmo: qui ē locus spirituū. ¶ Cōmēta/
tor ibi. greci ꝛ alij ex gentibus qui cōfitētur
deū ꝛ eius potentiā credi. ꝛ nō cōfitent hoc
nisi inquātum ē res sup quam nō cadit cor
pus: nec ingredit eam remotio: optet ꝙ sit i
loco. ¶ Itē Tulli⁹ libro pmo de tusculanis
4 questionib⁹: loquēs de animab⁹ miseroꝝ se
patis dicit sic. Si apud inferos miseri nō
sunt: nec sunt apud inferos vlli. vbi g̃ sunt
illi quos miseros existimas. aut quem lo/
cū incolūt? Si em̄ nusq̄ sunt: dū nusq̄ eos
pono puto ergo nō esse. ergo a simili qui po
nūt nusq̄ eos esse ponūt eos nō esse. qui au
tem ponit eos transire ab extremo ad extre
mū. ita ꝙ nō sint aliquādo in medio ponit
eos aliquādo nusq̄ esse. ergo aliquādo nō
esse. Hoc nō dicimus cōtrariū fidei vel bo/
nis moribus: sed als falsum reputamus.

¶ Quod si verum esset pari ratōe de anima 5
bus exutis: quod vtiq̄ nō videt. Nam di
cit Hiero. i epistola ad Paulam ꝛ Eusto/
chiū de assumptōe btē ṽginis. ꝙ credēdū
est militiam angeloꝝ cū suis agminib⁹ ob
uiam venisse beate ṽgini in sua assumptōe
ꝛ etiā Jesum christū dn̄m nostꝝ filiū eius.
Obuiatio autē nō ē nisi in spacio medio
Nec pōt dici hoc dixisse Hieronymū quia
assumpta fuit cū corpe: cū ipse dicat ibidē.
Incertū ē an sic fuerit: an abierit relicto cor
pore. ¶ P. nō videt dicendū ꝙ hoc factū fu
erit dispēsatiue. Si em̄ subito ꝛ sine transi/
tu medij potuit puenire ad thronū glorie si
bi in eternis mānsionib⁹ p̄paratū: qua vtili/
tare trāsisset mediū tāte distātie? ¶ P. d ani 6
ma beati Martini legimus. ꝙ diabol⁹ vo/
luit eā detinere cū pduceret. sed hoc nō potu
it esse nisi ptrāsisset spaciū mediū. Et vlteri
us. si potuisset puenire ad locū glīe sine trāsi
tu medij: quare trāsisset medium vbi passu
ra erat impedimentū. ¶ P. in officio mortu 7
orum dicit. Splēdidus angeloꝝ cetus oc
currat. Et ibi paꝝ infra. Ministri sathane
iter tuuꝫ impedire nō audeāt. Et i exequijs
mortuoꝝ cantat ecclesia. Subuenite san/
cti dei: occurrite angeli dn̄i. Occursus autē
ꝛ subuētio nō pōt esse nisi illis qui trāseunt
mediū. ergo aie separate trāseunt medium
Pari ratōe transeūt ꝛ angeli. ꝛ certe nō cre/
dimus auctoritatē officij ↄdemnandā qua
si falsam ꝛ erroneam ꝛ vanam. ¶ Itē sint a. 8
d. duo extrema. b. c. mediū. ꝛ trāseat ab a. i
d. quero vbi ē dum transit nō in a. quia q̄/
diu est in a quiescit i a nō in d. quia q̄cito
est in d quiescit. ergo dum trāsit vel nusq̄ ē
vel est in b c. sed nō est dicere ꝙ aliquando
nusq̄ sit. quia dicit Augustinus de immor
talite anime. Quicquid ē nusq̄ esse nō po/
test. Restat ergo ꝙ angelus dum trāsit ē in
medio. ergo angelus transeundo ab extre/
mo in extremū transit p medium. ¶ Item
res mobilis magis indiget loco dum mo/ 9
uetur q̄ dum quiescit. Hoc patet p phm̄ q̄
dicit in quarto physicoꝝ. ꝙ nō quereretur lo/
cus nisi motus aliquis esset sm̄ locuꝫ. Vbi
dicit Cōmentator. ꝙ motus magis signifi
cat locum esse q̄ quies. Et ita patet maior
ꝛ minor. scꝫ ꝙ angelus indiget loco. Patet
p se. ꝛ etiam p hoc quod oppositum ē dam
natum. Hec sunt verba eorum.

Responsio ad hec

sm Thomā. ¶ Si autē attendamus q an
geli sunt incorporei p naturā. put dicit Tho
mas ⁊ omnes doctores ɔmuniter: manifeste
patet q in nullo a situ corporeo poterūt de/
pendere: cum omnino situales nō sint: sed su
pra omnē situm existētes: habentes virtutē
exercēdi suam operationez ad libitum circa
ista corpalia in loco situata. ⁊ p hoc dicun
tur esse in loco: eo q virtutem suaz applicāt
corpori locato circa ipsum operādo. His vi
sis facile ē videre: qualiter angelus poterit
ptransire ab extremo in extremū nō ptran/
seūdo medium vel sine medio. Si em̄ mo
do sic applicās virtutem suaz vni extremo
potest statim applicare virtutez suam alte/
ri extremo absq hoc q applicet virtutez su
am corpori in medio spacio existenti. ¶ Ad
Ad 1 obiecta in cōtrarium dicendū. Ad primuz
q erroneum foret ponere angeluz esse nusq
sic q nō posset applicare virtutem suaz ad
aliquod corpus in loco determinato existēs
Ponere autē q possit libere applicare virtu
tem suam nūc vni locato nūc alteri. et hoc
vel applicādo virtutem suam continuo to
ti spacio et extremis vel ipsis extremis: ita
q nō medio. ⁊ hoc mediate vel immediate
ē manifeste verū. vt patet ex dictis Thome
ī multis locis. Nec hoc ē cōtra euangeliuz
mat. 18. vbi dicit. Angeli eorū semp vidēt faciē pa/
Ad 2 tris ⁊c. vt patz cuilibet intelligēti ¶ Ad secū
dū dicēdū. q dictū Dama. nihil plus omi
no facit: nisi q angeli dicunt circūscribi lo/
co. ⁊ hoc itelligēdū ē vt ipse dicit nō situali/
ter ad modū corpis. sed virtualiter sicut spi
ritus creatus et in sua v̄tute limitatus: qui
circa corpa in suis locis determinatis existē
tia suā exercet operationē. Deus autē cuius
virtus attingit a fine vsq ad finem fortit:
ē omnino incircumscriptibilis. ⁊ hoc intēdit
Ad 3 Damascen9 vt patet intuēti illud ca. ¶ Ad
terciū dicenduz. q ista positio nullo modo
negat. q angeli sint in celo. quia sm phm ⁊
eius Commentatorē ē locus spirituū. sed po/
nit q angelus in celo existēs pōt trāsire ad
terrā: ⁊ hoc vel nō applicādo virtutē suam
ad aliquod corpus mediū. ⁊ hoc ē ipm trā
sire nō trāseūdo p mediū. vel applicādo v̄
tutē suam corpibus medijs. primus trāsit9
ē motus nō ɔtinuus sm Thomā. secūdus
vo cōtinuus. ¶ Ad quartū dicendū. q ista
Ad 4 positio nō ponit aias miserorū nō esse in in/
ferno. ⁊ p consequēs nō ponit eas nusq. vn̄
nihil ē ad propositū. Nec ponit ipos ange
los sic nusq quin semp ad libituz exerceāt
suam operationē circa aliquod corpus in lo/
co. nō tamē ita q loco determinato contine
antur: ⁊ cōmensurētur ad modū corporuz.
¶ Ad quintū. sextū ⁊ septimū que innitunt Ad 5
occursioni ⁊ obuiationi angelorū in transi/ 6. ⁊. 7
tu beate Marie virginis benedicte in secu
la. ⁊ beati Martini. ⁊ aliorū sanctorum: eo
dem modo ē respondēduz. scz q obuiatio ⁊
occursus ē alio mō in motu angeloruz: qui
ad libitum eorūdem pōt continuus et dis/
continuus esse. similiter et animarū sancta/
rum separatarum. ⁊ alio modo istoruz corpo
rum qui semp necessario ē cōtinuus. vnde
nulla ē habitudo in istis tribus ratiōibus.
¶ Ad octauū dicit. q innitit falso. s. q inter Ad 8
instās quod ponit in vno extremo. ⁊ instās
quod ponit in alterū trāsire requirat necessa
rio tempus mediū. hoc em̄ nō ponit quan/
do motus nō ē continuus. Quod vo dicit
Aug. Quicquid ē nusq esse nō pōt: sic de/
bet intelligi. nō q locus eodem modo ptti/
neat ad omia entia: sed quedā loco cōtinē/
tur: quedā circa loca determiata ad que ap
plicat suam virtutem operant. que forsan si
deo placeret: possent simpliciter ad tempus
nulli corpi suam applicare virtutē operati/
uam. ⁊ vt tunc nō dicerent esse in loco. sicut
oportuit grecos ponere. qui ponebāt ange/
los añ istum mundū sensibilē ⁊ corporeuz.
Quoddā aūt ē quod ad omia loca ⁊ entia
se extēdit vt deus. qui ī sua eternitate nec di
cebat esse ī loco: qn ad locata ⁊ loca que nō
dum pducta erāt suā virtutē nō extēdebat
¶ Ad nonū dicendū. q locus ⁊ motus mō Ad 9.
equiuoco corpibus et angelis incorporeis
ɔueniūt. vn̄ angelus loco nō indiget pprie
loquēdo. nec quādo mouet nec quādo qui/
escit. sed magis locus indiget eo vt ɔtinēre
⁊ circa locata p applicatōz sue v̄tutis ope/
rāte: vt pz ex dictis. Vn̄ qđ addūt de phō
nihil facit ad ppositū.

Articulus deci

a musseptimus. De hoc qđ dicit
Tho. qrū ē possibile aliqđ ī to/
to tpe pcedēti: sit ī vno termino ⁊ ī vltimo ī/
stāti illius tpis sit in alio termino. ¶ Itē. q.
liij. ar. iij. in mšione pncipali dicit. q nō est
possibile q aliqđ ī toto tpe pcedēti quiescat
ī vno termino. ⁊ postea ī vltimo instāti illi9
tpis sit ī alio termino.

Hec dicit Thomas.

Corruptorium

Hoc videt' falsuz i sacramēto altaris. Constat em̄ q̄ ē dare p̄mū instās i quo ē corpus xp̄i. cū forma corpis sit forma quiescēs. ⁊ cō stat simul cū hoc. q̄ illud instans qđ ē p̄nci piū tp̄is mēsurātis eē corpis: ē finis tp̄is p̄cedētis in quo toto ē panis. Idē em̄ instās quod ē principiū futuri ē finis p̄teriti. in q̄ toto tp̄e fuit panis. ergo cū in toto tempe. i quo panis fuit panis: nō fuit abiectio pa nis p trāsmutatiōem aliā. manifestū ē q̄ in toto tp̄e p̄cedēti quiescit panis i forma sua hoc ē sub ratōe panis. et tamē i vltimo illi⁹ tp̄is ē sub forma corpis christi. Hec sunt v̄ba eorum.

Responsio ad hec

fm Tho. ¶ Ista instantia faciliter sic solui pōt: si verba eius sci Tho. intelligant'. Nō dicit em̄ hoc eē impossibile q̄ aliqđ sit aliq̄ tp̄e toto sub vna forma. ⁊ i vltimo illius te poris sit sub alia forma. Hoc em̄ ꝯtingit in generatōe. Materia em̄ que i toto tp̄e p̄ce dēti sub forma ignis i vltimo illius ēē sb for ma aeris i generatōe aeris ex igne. Sz im possibile ē inquit q̄ aliquid quiescat in ali quo tempe toto in vno termino: ⁊ i vltimo illius sit in alio termino. De ratōe em̄ quie tis ē (vt ibidē docet) q̄ aliquid similit' se ha beat nūc ⁊ prius. Quod ergo in aliquo qui escit in toto illo tēpore se habet nūc vt p̄us. ⁊ p ꝯsequēs in eius vltimo nō potest poni i aliquo termino alio q̄ꝫ in eo in quo ponit' quiescere. ¶ Ad hoc quod dicit de pane in sacramēto altaris: dicēdū q̄ nec forma sub stantialis panis: nec alicuius corporis ab iicitur añ vltimū instās in quo fit transsub stātiatio vel corruptio. immo i toto tēpore p̄cedēti manet materia sub forma sua sub stantiali: que nō abiicitur successiue: cū cō sistat in indiuisibili fm p̄hm. Nec tamē de bet dici q̄ materia vel res illa quiescat sub sua forma: sicut nec q̄ moueat' ad ipsam. li cet materia dispōnat' p motū ad forme sub stantialis susceptiōeꝫ que fit in instanti: in naturalibus quidē p motū naturalē. in sa cramento vero altaris p motū sacramenta lē. videlicet p illorū verboꝝ prolatōem. et li cet deus possit facere absq̄ꝫ omi motu huius modi trāssubstantiatōem vel mutationeꝫ.

nō tamē debet dici q̄ materia vel res trans mutanda tempe p̄cedēti q̄escat sub sua for ma substātiali vt dictū ē: sed q̄ p ipsam ha bet esse actu. quod quidē esse precedit tā q̄e tē q̄ꝫ motū. ⁊ sic patet q̄ illa hoꝝ ratio ex fal so p̄cedit intellectu.

Articulus deci

a musoctauus. De hoc quod di cit Thomas. q̄ omes species per quas angeli cognoscāt sunt eis conatura les. ¶ Itē. q. lv. ar. ij. in respōsione q̄ōnis di cit. q̄ omes sp̄es p quas angeli intelligunt: sunt eis ꝯnaturales: nō a rebus accepte. et in responsione tercij argu. dicit. q̄ cognitio angeli indifferēter se habet ad distās ⁊ p̄pi quū fm locū. Et. q. lviij. arti. j. dicit iterum in respōsione p̄ncipali. q̄ angeli nō habent potētiā intellectualē que nō sit completa p sp̄es intelligibiles cōnaturales. ⁊ ex his se quitur q̄ nō accipiant cognitiōem a rebus. Hec dicit Thomas.

Corruptorium

Primū nō credo esse verꝫ: licet multi h̄ di xerunt. q2 video q̄ omia singularia ⁊ varia bilia ⁊ mutabilia sunt. Quero ergo an an gel⁹ habeat tot sp̄es rei quot modis res ip sa variat' aut tm̄ vnam. Si p̄mo mō. ergo habet infinitas ⁊ innumerabiles. Si autē habet vnā tm̄: aut ergo variabilē ⁊ mutabi lē fm variatōeꝫ reꝝ aut inuariabilē. Si in uariabilē. ergo nūq̄ꝫ p̄fecte ⁊ vere cognosce ret rē illā p illā speciē: nisi quā do res ip̄a ē in illa vnica dispōsitōe quā rep̄sentat sp̄es illa ⁊ ita necessario plus ignorabit de re illa quā cognoscet: quod est incōueniēs. Si aūt hꝫ speciē mutabilē ⁊ variabilē fm dispōꝫ rei ⁊ eius mutatōem: eadē ratio erit de specie cu iuslibet rei alterius. ergo necesse ē fieri conti nuas mutatōes infinitas quot sunt muta tōes ⁊ motus i mūdo. ¶ Itē si cognosceret p sp̄es cōnaturales: tūc nō indigeret existētia reꝝ ad cognoscendum: sed indigēt. ergo ⁊c. Maior pꝫ p p̄hm. q. de aīa dicentē. q̄ intel ligibilia sunt p̄sentia intellectui. ⁊ ideo in telligimus qn̄ volumus. nō aūt sentim⁹ cū volum⁹. q2 sensibilia nō semp sunt p̄ntia sensui. Minor patꝫ p Aug. iiij. sup Gen. ad litteram. ca. xxxv. Minor inquit cogni tio vespertina dicta ē. q̄ꝫ noticia matutina quam precedebāt que fiebant. quia p̄cedit

1 (margin, beside "Primū nō credo...")

2 (margin, beside "tōes ⁊ motus i mūdo...")

3 cognitōem quicquid cognosci pōt. ¶ Secū
dum. s. q᷑ cognitio angeli indifferēter se ha
bet ad distās et ppinquum sequit᷑ ex pcedē/
ti. Si em̄ angeli intelligūt p spēs ꝯnatura/
les: cū in spēbus ꝯnaturalibꝯ nō fiat dīa
ꝓpter distantiā et ppinquitatē rez. sequitur
q᷑ non fiat diuersa cognitio p eos: siue res
sint distantes siue ppinque. Sed hoc vi
detur nobis falsum. Manifeste em̄ experi
mur. q᷑ nō alio modo cognoscimus distan
tia q̄ꝫ omnino nō entia. et voco distantia pro
ut ipse vocat: vt estimo ea que sunt extra ꝓ
spectum nr̄m. Si em̄ aliquid taliū corrum
patur ī penitus nihil: nō magis scimus ip/
sum nō esse q̄ꝫ prius. nec aliaz habemus no
ticiam de eius esse vel nō esse nūc q̄ꝫ prius.
Unde manifestū ē q᷑ distantia et nō existen
tia eodem modo se habent ad cognitionez
siue noticiam. Si ergo angeli p species cō/
naturales possent cognoscere distantiaz: se
queret᷑ q᷑ p eosdem possent cognoscere futu/
ra et nō entia: quod ē cōtra Damascenū qui
dicit libro. ij. ca. iij. Futura quidez neqꝫ an
4 geli neqꝫ demones nouerunt. ¶ P̄. si diabolꝰ
sciuisset q᷑ supandus fuisset a Christo et a
Job: nunq̄ꝫ experiuisset tentare eos. ¶ Ter/
cium quod dicit. s. q᷑ angeli nō accipiunt a
rebus. quod similiter falsum reputamus se
quit᷑ ex primo. Si em̄ cognoscerent p speci
es innatas: et nō p receptiōem a rebus: tūc
nihil eis posset abscondi. Nihil em̄ potest
abscōdi nisi quod cognoscit᷑ p receptionez.
Sed diabolo possunt multa abscondi. er/
go cognoscit p receptiōem a rebus. Minor
probat᷑ p Chris. omelia sexta sup Mathe
um. Angelus inquit bonus cū vult se ab/
scondi inuisibilē se reddit añ diabolū. quo/
niam nisi voluerit: angelus bonus a diabo
5 lo nō videtur. ¶ Item omelia quarta ca. ij.
de desponsata et domi habita natus ē christꝰ
vt partus virginis diabolo celaret᷑. ¶ Item
si tm̄ p species innatas: et nō p receptionem
cognoscerent: nō possent falli vt videt᷑. pos
sunt autem falli: vt habet᷑ ab Ambrosio su
per Luce. ij. vbi dicit. q᷑ vna causa despon/
sationis beate virginis fuit: vt ꝟginitas ma/
tris falleret principem mundi. qui cum de/
sponsatam viro cerneret: partuz nō potuit
habere suspectū. Et subdit fallendi princi/
pem mundi fuisse consiliū. ipsius dn̄i ver/
ba declarant: cum apostoli iubent᷑ tacere de
xp̄o sanati prohibent᷑ gloriari de remedio. de
mones iubent᷑ silere de verbo dei. Hec sunt
verba eorum.

Responsio ad hec

sm̄ Thomā. ¶ Iste obiectiōes facile soluū/
tur si positio dicta intelligat᷑. Cum em̄ sm̄
q᷑ docet beatus Aug. res prius sunt facte in
mente angelica q̄ꝫ in natura ꝓpria. Mani
festū ē sm̄ ipsum q᷑ nō a rebus in natura ꝓ/
pria: sed a rerum omniū causa. s. sapientia
diuina species ille deriuant᷑. p quas res ipse
ab angelis intelligunt᷑. Sicut ergo illa sa/
pientia absqꝫ sui mutatione mutabilia rep̄/
sentat quātū ad om̄ia que in ipsis sūt quo
rum ē causa. sic iste species rep̄sentāt omnia
que sunt in istis materialibꝯ ac mutabilibꝯ
sine sui mutatione reali. et hoc quia a causa
omniū rez (vt dictum ē) descendunt. Sicut
em̄ albus existēs assimilat᷑ de nouo dealba/
to sine mutatione sue albedinis: sic intelle/
ctus angelicus p speciē quam habet sibi in
natā rei de nouo ꝓducte assimilat᷑ absqꝫ illi/
us speciei siue forme mutatōne. ¶ Et p hoc Ad 1
patet ad ꝑmū argumentū. Unius em̄ rei
mutabilis vna tm̄ ē species in intellectu an
gelico. Nō tamē sequit᷑ q᷑ nō pōt rem repre
sentare nisi quādo ē sub vna dispositōe. q̇a
ista species nō soluz descēdit a causa rei sub
vna dispositōe sed sub quacūqꝫ. Hinc ē q᷑
pōt rem rep̄sentare nō solum sub vna dis/
positōe sed sub quacūqꝫ. Nec oportz ipam
mutari p mutari rei: sicut nec forma ipsius
albi mutat᷑: si alij mutent᷑ acquirentes albe/
dinem in qua sibi assimilētur. quamcunqꝫ
em̄ dispositōem vel formā possibile est rez
ipsaz p sui mutationē acquirere pōt species
ipas rep̄sentare. et hoc quia pōt esse simili/
tudo omniū illarum: cum descendat a cau/
sa rei in qua om̄ia illa reducent. ¶ Ad secun Ad 2
dum dicendū q᷑ intellectus angelicus nō
indiget existentia in actu ad hoc q᷑ intelli/
gat: sed sufficit q᷑ habeat speciē rei intelligi/
bilis. Istud in intellectu humano (qui lon
ge ē inferior p naturam) manifestū ē. Non
em̄ ad hoc q᷑ intelligat rosam in hyeme vl᷑
aliam quamcūqꝫ rem requirit᷑ in intellectu
existentia eius in actu: sed p speciē in intel/
lectu existentē pfecte intelligit. Quod autē
adducunt q᷑ sm̄ Aug precedit cognitionē
quicquid cognosci pōt. nō ē cōtra predicta
Nō em̄ intēdit Augustinus q᷑ om̄is cogni
tionis actus accipiat᷑ a re existēte. sed q᷑ ni
hil pōt habere rationē cognoscibilis nisi ꝑ/

us re vel ratione habeat ratione entis. Et q
hoc intendat patet p hoc quod sequit ibi/
dem immediate. Nisi em aliqd sit quod cog
noscitur cognosci non pot. Lu3 ergo actus
habeat nobilitatem ex obiecto. fm qd obie
ctu3 cognitionis angelice habuit esse i ver
bo nobilius vbi videbatur visione matuti
na: quam in natura ppria vbi videbat vi
sione vespertina. nobilior erat actus cogniti/
onis vnius q3 alterius. Et hoc e quod ibi/
dem intedit Augustinus: put patet intue
ti sup Gen. ad littera. libro. iiij. ca. xxxv. per
Ad 3 totum. ¶ Ad tercium dicendu. q nulli ha/
benti intellectu sanum vertitur in dubiu3.
q ppinquitas localis ad actu cognitionis
itellectiue nullatenus requirit. Cu ergo di
cut q ipsi experiunt q no aliter cognoscuntur
distatia q3 omino no entia: manifestu e om
ni experto q mentiutur. Quod em omino no
e no e cognoscibile vllo modo. Quod vero
distans e 7 extra pspectum visus nri. qui in
videdo iuuat ppinquitate pportioata sui
obiecti. 7 nimia ipsius impeditur distantia
no minus e intelligibile q3 prius. dummo/
do eius species intelligibilis que a situ no
depedet habeat pfecte ab intellectu. quoni/
am nec psentia nec actualis existetia requi
rit ad hoc q res ipsa actu intelligat. alioqn
no intelligeremus cu vellemus. quod e co/
tra phm. 7 hoc certe si attedissent istam au/
ctoritate scdi de aia. no adduxissent p se. qr
e manifeste otra eos: sicut p3 omi intelligen
ti. Si aut ponat q aliquid taliu omino an
nihiletur q no habeat esse in anima nec ex
tra aiam vt obijciut: tuc planu e q no e am
plius intelligibile. ¶ Quod vero subdunt.
Si angeli cognoscut p species innatas di/
statia. ergo eadem ratioe possunt cognosce
re futura p easde. manifestu3 e cuilibet q co
sequetia no valet. Quod em futu3 e: nec e
nec habet silitudine. 7 p oseques cu no ha/
beat aliqua specie i intellectu p qua3 cogno
scat. licet aut aliqd sit distas. nihilominus
spes ei9 i intellectu exns e silitudo qdditat
siue entitatis eiusde. sicut p3 ex dictis. vn qd
adducut de Dama. q angeli no cognoscut
futura nisi p reuelatio3. futura dico otinge
Ad 4 tia oceded u e ¶ Ad quartu cu dicut. q si an
gel9 cognosceret p spes innatas 7 no p rece/
ptione: tuc nihil poss3 ei abscodi. no valet
ontia. qr ad h q aliqd actu itelligat: no so
lu requirit q spes eius ab intellectu habeat:
sed oportet q intellectus spe habita actu vtat

Pot 3 angel9 voltus se abscodere a diabolo
vt dicit Chris. 7 hoc ipo deo vel forsan age/
lo bono impediete diabolu. ne vtat spe ina
ta ad cotuedum ipsum angelu. ¶ Qd vero
dicit Chris. q de desposata 7 domi hita na
tus e xpus: vt partus virgineus diabolo ce
laret: no sic habet intelligi q clausio i domo
faceret partu virginis occultari a diabolo:
sed pocius custodia ac desponsatio faciebat
diabolum no attedere beatam virgine3 ali
unde concepisse q3 a sponso pprio. 7 sic par
tus virgineus celaret eidem ¶ Et p hoc pa Ad 5
tet responsio ad quintu argumentu3. sic em
fallebat diabolus in partu virginis: vt di/
cit Ambro. qui cu desponsata viro cerneret
partu no potuit habere suspectu: attedendo
sc3 ipsam aliude cocepisse q3 de pprio spon/
so. Eode modo posset decipi: cum potetiam
visiuam i ceco illuminato attededo: sc3 ad
ipsam no vt pducta a deo miraculose: s3 vt
pducta ab eo p pncipia nature. 7 hoc vtiq3
existimado falleret.

Rticulus deci

a musnonus de hoc qd dicit Tho
mas. q intellectus no pot duce
re ad esse intelligibile istas formas materi
ales: nisi pus duceret eas ad esse formaru
imaginatar. ¶ Ite. q. lv. ar. ij. i missione scdi
argumeti dicit. q quatucuq3 sit potes intel
lectus angelicus non pot formas materia
les pducere ad esse itelligibile: nisi pus re/
duceret eas ad ee formar imaginatar: qd
e ipossibile: cu careat imaginatoe. 7 sic vult
q forme materiales no pnt reduci ad esse
intelligibile: nisi prius reducant ad esse for/
mar imaginatar. Hec dicit Tho.

Corruptorium

Hoc videt falsu 7 o experientia 7 o phia3. di 1
cit em Come. sup. iij. de aia. sup illa pticulam
Qm aut puatio passionis. Instictce imagi
natiua. cogitatiua 7 memoratiua no sut ni
si loco virtutis sensitiue. 7 io no indiget eis ni
si i absentia sensibil. 7 oes iuuat se ad pnta
da imagine rei sensibilis. vt aspiciat ea vir
tus ronalis abstracta 7 abstrahat intetio3
vlem. ¶ Ite i eode sup illa lram de qsitiuo et 2
fugitiuo dic. Intetio cognitois nihil aliud
q3 vt hec. s. virtus cogitatiua faciat re absen
te a sensu qsi re sensata3. 7 par infra. 7 ideo
cu comphesibilia p sensu3 sunt pntia apud

sensuz: tūc cessat cogitatio ⁊ remanebit intellectus in eis. Ex p̄dictis v̄bis ꝯmētatoris: (quoꝝ v̄itatē quilibet pōt expiri i seipo) pz ꝙ non ē necesse formas materiales reduci ad eē formaꝝ imaginataꝝ ad h̄ ꝙ fiant intelligibiles. Hec sunt verba coꝝ.

Responsio ad hec

s̄m Tho. In ista instātia duo sunt admiranda.

Ad 1 Unū ꝙ dicūt se expiri qḋ nūq̄ homo ē expertus. Aliud ꝙ dicūt ꝯmentatorē sentire quod nūq̄ sensit nec aliquis phs. Ait em̄ i iij. de anima sup illam lrām. ⁊ i anima sensibili. paꝝ añ illud. quod p̄ se adducūt in articulo Scđo necesse fuit vt intellectus immaterialis nō intelligat aliquod sensibile absq̄ imaginatōe. ⁊ hoc dixit expsse. ꝙ vlia abstracta colligata. sunt cū imaginatōibus. ⁊ corrupta p corruptōem coꝝ. Hec ꝯmenta. Pz ḡ s̄m ip̄m in hoc loco. ⁊ vbicūq̄ loquit de hac materia. ꝙ forme vl'es nō abstrahūtur nisi a fantasmatibꝫ q̄ sunt in v̄tute imaginatiua. Et ideo dicit phs ibidez. ꝙ nihil intelligit anima nr̄a sine imaginatiōe. vbi nr̄a lr̄a habet: sine fantasmate nequaq̄ intelligit aīa. quod ē idē. Que ḡ obyciūt d̄ cōmētatore ex falso intellectu p̄cedūt. ⁊ cōtra eos sunt potiꝰ si intelligāt. ¶ Qḋ em̄ dicūt p̄mo ꝙ ille tres interiores v̄tutes sūt loco sensitiue v̄tutis. ⁊ ideo nō indigēt eis nisi i absentia sensibilis: sic habet intelligi. ꝙ aīa in p̄sentia sensibilis sufficiēter p̄cipit p v̄tutez sensitiuā ip̄m sensibile. ⁊ i absentia eiusdez vtit necessario illis trib⁹ v̄tutib⁹. qñ em̄ coloratū ē p̄ñs: nō optet ad h̄ ꝙ videat sensu exteriori. ꝙ aīa se ꝯuertat ad fātasmata reposita i memoria. verūtm̄ ad hoc ꝙ itelligat necesse ē ꝙ sp̄es intelligibilis abstrahat a fantasmate quod ē i ipa imaginatiua. Et hoc manifestū ē p v̄ba ꝯmētatoris ꝯsequēter: q̄ ipsi adducūt. ⁊ oēs ille v̄tutes. s. imaginatiua. cogitatiua ⁊ memoratiua iuuant se ad p̄ñtandū imaginez rei sensibilis: vt aspiciat eā virtus rōnalis. ⁊ abstrahat intentiōz vniuersalē. Ecce q̄ aptevult ꝙ v̄tus rationalis abstrahat intentiōem vniuersalē ab imagine rep̄ñtata p v̄tutē imaginatiuā cooperantibus alijs duab⁹. ⁊ sic pz ꝙ illud quod adducūt ē ꝯtra eos. ¶ Ad secundū dicēdū

Ad 2 ꝙ etiā nihil facit p eis. qḋ em̄ dicit ꝯmentator. ꝙ cū comp̄hēsibilia p sensum p̄sentia sunt apud sensum: tunc cadit cogitatio et remanebit actio intellectus s. eis. nō sic habet intelligi. quoniā semp a fantasmate existente in virtute s. imaginatiua: fiat abstractio speciei intelligibilis. sed ꝙ res p̄sens cognoscit ab intellectu etiam esse p̄sens in se. Quādo v̄o absens ē cognoscit esse p̄sens in sua imagine i virtute imaginatiue existēte. Et ꝙ hec sit mēs ꝯmentatoris ⁊ etiā phi satis pz cuilibet intuēti ⁊ intelligēti.

Articulus vicesimus.

a De hoc ꝙ Thomas dicit ꝙ angelus sup̄ior intelligat p species pauciores. ¶ Item. q. lv. artic. iij. in responsione p̄ncipali dicit. ꝙ quanto angelus ē sup̄ior: tāto p sp̄es pauciores vniuersitatē rerum intelligibiliū capere pōt. ⁊ ideo oportet ꝙ huiusmodi forme sint vniuersaliores quasi ad plura se extendentes. Et infra in solutōe tercij argumēti dicit. ꝙ i ratōe vniuersali que ē in mente angeli propter eius excellētiam: multa possunt cognosci sue aspici p̄pria cognitōe. ¶ Item i questione. lvij. articulo. ij. in respōsione tercij argumenti dicit. ꝙ angeli cognoscūt singularia p formas vniuersales: que tamē sunt similitudines rerū. ⁊ quātū ad principia vniuersalia: ⁊ quantū ad principia indiuiduantia. Simile dicit. q. lxxix. ar. j. in responsione p̄ncipali. Hec dicit Thomas.

Corruptorium

qn̄.s. est in statu ⁊ dispositōe naturali vnio/
5 nis cū corpe. hoc aūt ē impossibile.¶ P̄.si p
pter h̄ ꝙ lumē diuinū a quo īfluunt species
equaliter se hȝ ad ꝓpinquū ⁊ distās: distā/
tia localis ī nullo impediret cognitōem aīe
separate: tūc aīa separata ita equalr̄ cognosce/
ret futura sicut p̄sentia: quod falsum ē. Di/
cit em̄ Johes damas. libro.ij.ca.iiij. Futu/
ra quidē nec angeli nec demones nouerunt
multo minus anime separate.

Responsio ad hec

s̄m Thomā. Supposito ꝙ aīa separata in/
telligat p spēs infusas: vt.s. dictū ē ar.xxx/
vj. Manifestū ē ꝙ distātia localis nō pote
rit aīe separate cognitōem ī aliquo impedire.
Habēs em̄ spēm intellectualē alicui᷒ rei eā
intelligit localiter p̄ntē vel distantē. alioqn
3.de aīa nō esset verȝ quod ait phs. Intelligim᷒ cuȝ
volum᷒. Habētes igit̄ spēs reȝ sibi infusas
poterūt aīe separate cognoscere oīa quorū
sunt spēs ille: siue ꝓpinqua sint localiter: si/
ue distātia. ita ꝙ dicte spēs determināt mō
supra dicto in r̄sione ar.xxxvj. Nulluȝ er/
go falsum teneri ī ista responsione Thome.
Ad 1 ¶ Quod em̄ ī primis dicūt esse falsuȝ.s.ꝙ
aīa separata nō cognoscit res p abstractōeȝ
a sensibilib᷒ salua pace coȝ nō dȝ dici fal/
sum: quia abstractio nō fit nisi mediātib᷒
potentijs sensitiuis: put docet Tho. Et qd̄
obijciūt ↄtra hoc d̄ aīa separata que ab igne
sentit: ex falso ītellectu ꝓcedit: ac si natura
ītellectualis separata immutaret̄ ab igne ad
modū sensitiue ꝟtutis. qd̄ falsum ē. imo p
hoc dr̄ ignē sentire ⁊ ab eodē pati. q₂ cogno
scit seu apprehendit se alligari (vt ita loq̄r)
vel deputari tali loco ↄtra suam volūtateȝ
eternaliter. quod in verā et maximā penam
sibi cedit. quia ē maxime ↄtra voluntateȝ.
⁊ hec ē pena intellectualis nature separate si/
Ad 2 ue p ignē siue p aquā in inferno.¶ Secun/
dū de influxu speciez a diuino lumine. ↄtra
quod dicūt paȝ supra requirendū.s.ī r̄sio
ne ar.xxxvj. ē declaratū ⁊ ad obiecta contra
Ad 3 hoc r̄spōsum.¶ Tertiū quoqȝ quod ē ī ppō
sito p̄ncipale.s.ꝙ ꝓpinquitas vel distātia
nihil opat̄ ad cognitōem anime separate: nō
ē falsum: sicut patȝ ex his que dicta sunt in
r̄spōsionis hui᷒ p̄ncipio.¶ Ad p̄mū quod
obijciūt ↄtra hoc de Aug. dicendū sicut di/
ctum ē supra ī r̄spōsione ar.xxxvj. ꝙ huius
modi missio de q̄ loquit̄ Aug. fit nō vt ali/
qua spēs in anima separata recipiat̄ ab extra
sed vt cognitio anime separate quam p speci/
es influxas habet de hmōi singularib᷒ imp
fecte ⁊ ↄfuse aliqua ordinatōe naturali vel
affectione: vel etiā deo sic ordināte vt p talē
modū fiat determinet̄. sicut dictū ē ibidem.
¶ Ad scd̄ȝ dicēdū. ꝙ distātia vel ꝓpinq̄tas Ad 4
localis nihil facit ad cognitiōeȝ intellecti/
uā ī aīa corpi vnita: nisi quaten᷒ mediante
sensu accipit̄ ī principio. accepta autē specie
⁊ retēta: pōt intellectus etiam corpi vnitus
eque ī absentia sicut ī p̄sentia. sicut patȝ ex
pimētaliter oīb᷒. ⁊ eodē mō aīa separata se
hȝ ad spēȝ influxā sibi: ⁊ aīa post resurrectio
nē ad speciē vndecūqȝ acceptā.¶ Ad tertiū Ad 5
dicēdū ē. ꝙ aliud ē rē esse absentē loco᷒. ⁊ ali/
ud ipsam esse futurā. ⁊ p ↄsequēs nō eē. pro
pter quod cum nō entis nō sit species influ
xa in aīa separata. nec etiā aliquo modo acce
pta in angelo bono vel malo. Hinc ē ꝙ nul
lo mō pōt cognoscere futura q̄ nō sunt: nisi
deus qui oīa futura nouit p suā essentiaȝ
in quo oīa relucēt ipsis reuelēt. Illa vero
que sunt quorum habēt species: siue ꝓpin/
qua siue remota s̄m locū indr̄nter recogno
scere p̄nt: vt pȝ ex dictis.

Articulus tri

a cesimusnonus. Itē.q.xcv. ar.
iiij. ⁊ vltimo ī r̄spōsione p̄n/
cipali dicit. ꝙ premiū essentiale solū respon
det quātitati charitatis: nō quātitati opis
vllo mō: sed p̄miū accidētale.

Corruptorium

¶ Ad hoc nec auctoritatē nec rationē indu
cit. Hec fuit opinio seu error Iouiniani: si/
cut Hiero. dicit ī libro ↄtra Iouinianū: di/ 1
cēs sic. Si mihi opponis. quare iustus la/
borat in pace: aut psecutione si nullus per/
fectus aut maiora premia scias hic euȝ fa/
cere: vt nō plus quidem mereatur. Sȝ ne
perdat quod accepit: hoc beatus Hierony
mus reputat errorē. ⁊ reprobat codeȝ libro
p parabolam de decem talentis.¶ P̄. certum
est ꝙ habitus ordinātur ad actum vt ad fi 2
nem. ⁊ dantur propter actū. vt patet p pri/
mū ⁊ decimū ethicorū. Finis auteȝ est meli/ 5.meth.
or eo quod ē ad finem. Quod autē est me/
lius deus plus diligit ⁊ acceptat. Et quod

deus plus diligit τ acceptat plus remune-
rat. ergo plus remunerat ꝑpter actū chari-
tatis q̄ ꝑpter habitū. nō autē plus remu-
neraret si habitui charitatis rñderet p̄-
miū essentiale actui ꝟo accidētale. ergo ha-
bitui charitatis nō solū respondet premiū
essentiale: sed τ actui eius. immo magis q̄
3 habitui. ¶ P̄ sacra scriptura nō habitui sꝫ
magis opēn attribuit premia. quod nō fa-
ceret nisi magis premiū deberet opi q̄ habi-
ps.61. tui. Unde ps. Tu reddes vnicuiqꝫ ſm ope
ra sua. Et Matthei. xx. Uoca operarios
τ redde illis mercedē. Hec sunt verba co-
rum: quibus quedā ꝟba addūt que nō po-
tui intelligere ꝑpter corruptionē exemplarꝫ
ideo nō plus scripsi.

Responsio ad hec

ſm Thomā. Si attēdissent quod Tho.
loquitur ibidē de ope exteriori. τ nō de actu in-
teriori: ab impugnatōne ista cessassent hac
Ad 1 vice. Quod em̄ Hieronymus dicit esse er-
roneū: ab isto dicto Thome ē omino diuer
sum. Nō em̄ ponit Thomas q̄ homo nō
mereret laborādo. quod dicit Hieronymus
esse erroneū. sed intendit q̄ charitati τ eius
actui interiori debet premiū essentiale. vnde
qui plus habēt de charitate et eius actu in
teriori plus habebūt de p̄mio essentiali q̄ illi
qui plus laborauerūt. τ plura opa exercue-
rūt ex minori charitate. aliquod tamē gau
dium accidētale habebūt hi quod nō illi.
¶ Ex his patet rñsio ad secundū. Proce
Ad 2 dit em̄ ex falso intellectu: ac si Thomas di-
xisset q̄ premiū essentiale corrñdet habi-
tui charitatis soli circūscripto actu eius in-
Ad 3 teriori. quod falsum ē. ¶ Ad terciū dicendū.
q̄ scriptura attribuit p̄mia opibus. quia sūt
signa. actus et habitus charitatis interiorꝫ
cui debet premiū essentiale. Opibus ꝟo ip-
sis exterioribus debet p̄miū actuale vt dictū ē

Articulus qua

a dragesimus. Jrē. q. ciiij. ar. iiij. in
rñsione ꝑncipali dicit. q̄ nihil oi-
no in nihilū redigit.

Corruptorium

Hoc videtur error. quia gratia faciens gra
tum est aliquid in anima. τ tamen ipa pec-
cante penitus esse desinit. vel simul est cum
peccato mortali: quod est penitus erroneū.
Hoc etiā ē contra Aug. in pluribus locis:
vtpote in vndecimo de trinitate: manifeste
em̄ insinuat q̄ species in memoria: totaliter
deleri potest p oblivionē: hoc idē videt de lu
mine in medio. ¶ P̄. philosophus de somno
τ vigilia ponit experimentū. Ex quo vide-
tur q̄ signū vel species alicuius rei splendi-
de recepta in oculo corrumpit in nihil. Di
cit em̄. Si aliquis multo tempe respiciat
aliquem colorē albū vel aliū valde splē-
didum. τ demū claudat oculos: accidit vi-
sum videre talem colorem qualē primo vi-
dit. Deinde mutatur in puniceū. deinde
in purpureum. deinde in nigrum donec eua
nescat. Idem experimentū ponit Augusti-
nus. xi. de trinitate. ca. tercio. Sub his ver
bis plerūqꝫ cum attendimus quoqꝫ lumi-
naria donec oculos claudimus quasi versā
tur in conspectu: quidam colores lucidi. τ q̄
dam colores varie sese concomitātes. τ mi
nus minusqꝫ fulgentes: donec omino desi-
stunt esse. Nota q̄ dicit omino desistūt eē.

Responsio ad hec

ſm Thomā. Ad omia ista patet solutio ex
his que Thomas dicit in solutōe tercij ar
gumēti articuli istius. Accidētia em̄ cuius-
modi sunt omia que isti enumerāt nō sunt
entia completa cū nō subsistāt. sed quodli
bet eorū ē aliquod entis. Sic em̄ oculus di
cit ens. quia eo aliquid est. Un̄ licet aliqua
huiusmodi accidētia penitus euanescant:
nō tamē debet dici simpliciter q̄ aliquod ens
in nihilū redigat. τ tamē ꝑut subdit conse-
quēter eo mō quo sunt nō omino in nihilū
rediguntur: nō quia aliqua pars eorum re
maneat: sed q2 remanent in potentia ma-
terie vel subiecti. Per hoc patꝫ rñsio ad
obiecta: sicut patet intuenti.

Articulus qua

a dragesimusprimus. Jrē. q. cvi.
arti. vi. in responsione principali
dicit. Quicqd superiores angeli q̄ sunt i ple-
nissima pticipatōe bonitatis diuine a deo
recipiūt subiectis impartiunt.

Corruptorium

Hoc ē ꝯtra Esaiā. lxiij. Quis ē iste qui ve-
nit de Edom τc. vsqꝫ bosra. Glo. interlinea-
ris. Dicitur hoc in ꝑsona angelorum tanq̄

mysteriū incarnationis ignorantiū qui ſm aliā gloſam hoc requirebant ab alijs angelis: qui hoc etiā3 an incarnationē ſciebant. Nō ergo reuelauerāt hoc alijs ¶ Itē Eph. iij. Data ē mihi grā illuminare omes: que ſit diſpēſatio ſacramēti abſcōditi a ſeculis: vt innoteſcat in celeſtibus ꝑ eccleſiā3 multiformis ſapientie dei. Glo. Per hoc attribuit aliquid angelis: qui multa ſecreta in his didicerūt. Alia autē gloſa ibi dicit. ꝙ angeli hec ſecreta incarnationis cognouerunt. Et alia gloſa concordat. Ergo inquit que dicta ſunt illis angelis qui maioris dignitatis ſunt. ꝛ ꝑ quos nūciata ſunt: cognita fuerūt ex parte: vt ꝑ ore familiaribus ꝛ nūcijs: nō illis angelis qui minoris dignitatis erant cognita fuerunt. Ex quo patet. ꝙ ſuꝑiores nō omia que a deo ꝑcipiūt inferioribus impartiunt. quia hec ꝑ experientiā poſtea didicerūt ꝛ addiſcūt. ¶ Itē in cōmento ſupra ſeptimo ca. cele. hierarchie dicit Saluatore ſm carnē aſſumptā in celis aſcendēte quibuſdā angelorū3 humanitatis exaltationē ignorātibus ꝛ dicētibꝰ. Quis ē iſte
ps.21. rex glorie. ab angelis amplius illuminatis dictū ē. Dominus virtutū ipſe ē rex glorie.
2 ¶ Item ibidē Hugo dicit ſuper quinto ca. Superiores omniū illuminationes ꝛ virtutē inferiorū habēt. Sed inferiores ſuperiorū ordinū illuminationē ꝛ virtute3 omino nō habēt. Et ſequit. Illuminatōnes intelligimus i cognitōe veritatis. virtutes ꝟo i amore bonitatis ꝛ ꝑfectōe opis. ¶ Ratio ꝟo ſue poſitionis ē. ꝙ de ratōe boni ē ꝙ cōmunicent ſe alijs. ꝛ inde ē ꝙ agētia naturalia ſiue corporalia ſimilitudinē ſuā alijs tradūt quantū poſſibile ē. quanto ergo aliqua agentia in participatōe diuine bonitatis plꝰ ꝯſtitutunt: tāto magis ſuas ꝑfectōes i alios transfundere nitunt. ꝛ iō angeli ſuꝑiores ꝛc. Rn̄ſio. nō ē ſimile. quia agēs corꝑale agit ꝯmunicādo ſuā bonitatē vel ſuā ſimilitudinē ꝑ nature neceſſitatē. angelus autē ꝯmunicat ſuam ꝑfectionē ꝑ voluntatē. ꝛ ideo nō ꝯmunicat neceſſario totū: ſed quantū vult: ꝛ decet alterū recipe. Et q: decet ſuꝑiores plura cognoſcere ꝛ poſſe q̄3 inferiores. ideo ſuperiores nō ſemꝑ quod a deo recipiūt inferioribꝰ impartiunt.

Reſponſio ad hec

ſm Thomā. Q, angeli ſuꝑiores ea que a deo ꝑcipiūt inferioribus impartiūtur: probat Thomas ꝑ auctoritatē Gregorij ꝛ Dionyſij. Et ad argumenta iſta de angelis: q̄ dicūtur ignoraſſe myſteriū incarnatiōis: reſpondet ꝑ hoc quod dicit in reſponſione ſecūdi argumēti iſtius articuli. quia nō eſt intelligendū: vt ipſe dicit ibidē: ꝙ angeli inferiores penitus ignorauerūt myſteriū incarnationis. Sed quia nō ita plene cognouerūt ſicut ſuꝑiores. ꝛ ideo in eius cognitione poſtmodū ꝑfecerūt: dū illud myſteriu3 impleret. Sic ergo habēt intelligi iſte gloſe: et hoc qd̓ adducūt primo de Hugone. ¶ Qd̓ ꝟo adducūt ſecūdo de Hugone ꝑ Thoma facit. Dicit em̄ Thomas. ꝙ ſuꝑiores angeli habent nobiliori mō in ſe quod cōmunicāt inferioribus minus ꝑfecte illa eadē ꝑticipātibus. ꝛ ponit exemplū de ſciētia mgrī: que nobiliori modo ē in ipſo q̄3 in diſcipulo cui eandē ſcientia3 cōmunicat. ¶ Quod Ad 1
tandē dicit ad rationē Thome nō multu3 valet. quia decet ꝙ ſuꝑiores angeli ꝑfectiones ſuas inferioribus cōmunicent ſm gradū capacitatis eorundē. vn̄ ſuperiores hoc volūtarie faciūt. Et ideo recte dicit Thomas ꝙ ſuꝑiores ea que a deo ꝑcipiunt inferioribus impartiunt. Ad 2

Rticulus quadrageſimuſſecundus.

a Jic. q. cviij ar. iiij. diſputat: vtrū diſtātia localis aliquid operet in locutōne angeli? Et i reſpōſione ꝑncipali ita dicit. Locutio angeli i intellectuali opere ꝯſiſtit. Intellectualis autē opatio angeli omino abſtracta ē a loco ꝛ tempe. na3 etiā noſtra intellectualis opatio ē ꝑ abſtractione3 ab hic ꝛ nūc niſi ꝑ accidēs ex parte fantaſmatu3: que in angelis nulla ſunt. In eo autē quod omino abſtractu3 ē a loco ꝛ tempe nihil opatur nec tēporis diuerſitas nec loci diſtātia. Unde in locutione angeli nullū impedimentū facit diſtātia loci.

Correptorium

¶ Principale qd̓ hic intēdit. ſ. ꝙ i locutōne angeli nullū impedimētu3 facit diſtātia loci: credimus eſſe falſū. Alia duo quibꝰ hec ꝯfirmat vel ſunt falſa: vel eo mō quo veritatē habēt nō inferūt ꝓpoſitū ſuū. vnū illorū ē: ꝙ locutio angeli cōſiſtit in intellectuali opatione. Aliud aute3. ꝙ intellectualis

opatio angeli omĩno abstracta ẽ a loco et
tempe. Q, autẽ distantia loci impediat lo
cutionẽ angeli: patet ꝑma ad Corinth. xiij
Si linguis hominũ loquar. Glo. Angeli
ꝑpositi significant minoribus. quod de dei
1 volũtate primũ sentiũt. quod fit quibusdã
nutibus aut signis. Isti nutus aut signa:
nõ sunt ipsamet conceptio angeli. propter
quam apprehendendã fiunt. quia nihil ẽ
signum suippsius. Isti etiã nutus non sunt
desideriũ angeli quo desiderat vt alius per/
cipiat cogitatuz suum. quia signa ꝛ nutus
sunt manifestiora q̃ illud ꝓpter quod per/
cipiendũ fiunt. Desideriũ autem eque vel
magis est occultum q̃ ipsa cogitatio. ergo
oportet ꝙ nutus ꝛ signa sint opationes ex/
terius protensẽ ad aliuz. Sed omẽs tales
opationes impedire potest distantia loci. er
go locutionẽ angeli impedire potest distan
2 tia loci. ¶ Preterea. Augustinus in libro de
cura pro mortuis agenda. Possunt inquit
angelis ĩ rebus que hic aguntur presto sunt
audire aliqui mortui. quod vnũquẽq illo
rum audire iudicat cui cũcta subiecta sunt
Nisi eñ possent angeli interesse viuoruz ꝛ
Lu. 16 mortuorũ locis: nõ dixisset dominus. Con
tigit autẽ ꝛ illum ferri ab angelis in sinum
Abrae. igitur ꝛ nũc esse potuerũt. Ex his ver
bis Augustini patet. ꝙ localis distãtia im
pedit locutionẽ angeli ad mortuos. alioqñ
frustra transirent de loco istorũ ad illos re/
nũciaturi que vidissent apud istos. Qua
ratione autez põt distantia localis impedi
re locutionẽ ad homines mortuos: pari ra
3 tione ad angelos quibus pares sunt. ¶ Il/
lud vero quod primo dicit ad huius con/
firmationẽ. scꝫ ꝙ locutio angeli consistit in
intellectuali opatione: dupliciter intelligi
potest: cum precisione: vel sine. Si intelli/
gatur cũ precisione. scꝫ ꝙ locutio angeli ni
hil aliud sit q̃ intellectualis operatio. s. co/
gitatio sola. vel cogitatio cum desiderio vt
alius apprehendat suam cogitationez: di/
cimus ꝙ falsum est: sicut supra ostensum ẽ:
ꝙ illi nutus vel signa quibus mediantibꝰ
fit locutio angeli: aliud sunt q̃ ipsa cogita
tio vel desideriũ. Si autem intelligatur si/
ne precisione. scꝫ ꝙ locutio angeli consistat
in intellectuali operatione: ꝛ etiam in alia
operatione protensa exterius ad aliud ꝑ si/
gnũ: tũc cedimus ꝙ verũ dicat. ꝛ sic ex ta/
li intellectu nõ sequitur conclusio quam in
tendit. scꝫ ꝙ in locutione angeli nõ impedi
at distantia localis. Operatio eñ exterius
protensa ꝑ distantiã potest impediri. ¶ Ad 4
secundũ quod dicit. ꝙ intellectualis opera
tio angeli omĩno abstracta est a loco ꝛ tem
pore: multipliciter potest intelligi: si intelli/
gatur ꝙ ipsa essentia operationis angelice
nõ sit in loco vel tempore: sed preter vtrun/
q̃ dicimus ꝙ falsum est. Ex quo eñ substã
tia angeli diffinitiue ẽ hic necesse ẽ ꝙ eius
opationes: ẜm id quod sunt diffiniant lo/
cum ꝛ tempus. alioquin opatio esset nobi/
lior q̃ substãtia cuius ẽ operatio: quod ẽ im
possibile. Si vero intelligatur ꝙ operatio
angeli ẽ respectu obiecti abstracti ab hic et
nũc: dicimus ꝙ ẽ vt sic ꝛ ẽ vt non. Constat
eñ ꝙ angeli intelligũt singularia que sunt
hic ꝛ nũc. Verbi gratia. quos custodiunt ꝛ
eoruz opationes: ꝛ circumstãtias operatio/
nũ. que omĩa singularia sunt hic ꝛ nũc. An
geli etiaz intelligũt abstracta ab hic ꝛ nũc:
sicut deuz ꝛ vniuersalia. ꝛ ideo nõ sequitur
ex hoc ꝓpositum. ¶ Ratio quam ponit ad
hoc ẽ talis. Luce decimosexto dicit. ꝙ diues
in inferno positus loquebatur Abrae non
impediente loci distantia. ergo multo forti
us localis distantia nõ põt impedire locu/
tionẽ angeli vnius ad alterz. ¶ Ad hoc po/ 5
test dici. ꝙ locus quietis Abrae et Lazari
pro tempore illo fuit ĩ inferiori margine in
ferni: ꝛ habebãt aliquã clarã lucẽ sine omĩ
pena materiali: sicut dicit magister ĩ hysto/
rijs. vñ ẜm hoc forte non fuit distantia in
ter Abraam ꝛ diuitez: quin possent vnus al
teri loqui.

Responsio ad hec

ẜm Thomã. ¶ Ista obiecta procedunt ex
quodã falso. scilicꝫ ꝙ angeli intelligũt ꝑ no
uam specierũ receptiõem. ꝛ sic a rebus istis
sensibilibus quas intelligũt. ꝛ nõ ꝑ species
intelligibiles a diuino lumine sibi impres/
sas: vel in eorũ intellectu ẜm nature sue ca
pacitatẽ a principio sue creatiõis deriuatas
ꝑ ipsius lucis incõmutabilis participatio
nem nature singuloruz cõgruẽtem. Cuius
oppositũ ĩ multis locis Thomas declarat.
sicut patet supra in respõsione articuli. xx/
viij. ¶ Ad primũ ergo quod obijciũt: dicẽ/ Ad 1
dum. ꝙ nutus vel signa de quibus illa glo
sa loquit. nõ sunt opatiões protense in alte
rum protẽsione materiali diffusa vel expã/
sa localiter. que ꝑ cõsequẽs distãtia locali

posset impediri: prout isti imaginantur: et
falso. Sed possunt dici vno modo ipsi cō/
ceptus angeli loquētis ordinati ad alterū
cui loquitur. Habet em̄ quilibet angel⁹ spe/
cies sibi inditas a primo lumine. per quas
potest cognoscere quoscunqꝫ conceptus al/
terius ordinatos p voluntatē alterius ad
ipsum. Et quod dicit . ꝙ nihil est signum
suipsius : sumpto signo pro indicamento
vel manifestatiuo principio: negandū ē tā
ꝗꝫ falsum: ꝛ contra sanctos Augustinū et
Anselmū. quorū sententia est. ꝙ verbū nō so
lum ē indicatiuū eorū que dicūtur per ver/
bum: sed et suipsius quodammodo p pri/
us. Similiter patet de verbo vocali: quod
indicat alia indicando seipsum. Concept⁹
ergo angeli inquātum seipsos indicant: et
manifestāt illis ad quos ordinātur: possūt
dici signa vel nutus semetipsa notifican/
tia. Vel potius dici potest ꝙ ipsi cōceptus
angeli in alterum ordinati: sunt signa vel
nutus suorūmet conceptuū vt pmanentiū
in concipiēte: circumscripta huiusmodi or
dinatione. ꝛ ita nō sub eadē ratiōe dicūtur
signa ꝛ signata: ꝛ redit in idem quod prius
realiter. ¶ Aliter videtur Thomas dicere
sup secundū sententiarū. distinctione. xj. ꝙ
aliqua naturaliter cognita ab angelo: cui
fit ꝯiuncta locutio ab angelo loquente cū
cōceptibus ipsius loquentis fiūt signa vel
nutus eorūdem p que conceptus illi noti/
ficantur angelo illi cui fit locutio. Sed pri
mū quod hic dicit Thomas in prima par
te. questione. cvij. articulo pmo. magis in/
telligo. Nō em̄ video ad quid requirat ta/
lis coniūctio conceptuū cum illis natura/
liter cognitis: cum cōceptus illi fiant actu
intelligibiles ab illo angelo in quem ordi/
nātur. ꝛ hoc ratione illius ordinationis si/
cut alia naturaliter entia sunt actu intelli/
gibilia ab eodem: eoipso ꝙ sint in ordie na
ture actum habētia. precipue cum de rati/
one verbi sit ꝙ semetipsum notificet: sicut
dictū est. ꝛ ex voluntate loquētis dependet
ꝙ verbū mentale ordinem habeat siue ad
ipsum loquentē siue ad alterū. Et hinc est
ꝙ angelus loquitur sibi ꝛ alteri quādo vult
Ad 2 ꝛ nō aliter. ¶ Ad secundū dicendū. ꝙ Au/
gustinus intēdit dicere. ꝙ ea que hic fiunt
animabus alibi existētibus: nūciantur per
angelos qui hincinde transeūt: nō ꝙ tran/
situs localis sit necessarius ad hoc ꝙ crea/
ture intellectuales suos conceptus mutuo
manifestēt: sed quia congruū est ꝙ illi an/
geli potissime animabus alibi existētibus
de his que hic agūtur nūcient: qui mittun/
tur ad hoc. ꝙ circa ista loca pro ipsis et no/
bis operētur aliqua illis et nobis ꝯuenien/
tia. Verbi gratia. Si angelus qui mitti/
tur huc ad operandū aliquid circa filium.
si ꝯsequēter mittatur ad operandū aliquid
circa animā patris que detinetur prout cō
gruit: satis conueniens videtur ꝙ ille ange/
lus potius ꝗꝫ alius suos conceptus mani/
festet illi anime nūciando que hic agūtur.
cum omia sm̄ ordinem fiāt i istis. ¶ Quod Ad 3
vero supponūt tercio a locutione angelica
nō posse prescindi opera quedam: locatur
protensa vel expansa ad circumstantes: p/
cedit ex falso fundamēto. ꝛ tanqꝫ falsū ac
rationi dissonum est interimendū. prout
patet in responsione ad primū argumen/
tum huius articuli. ¶ Quod vero dicunt Ad 4
quarto. ꝙ essentia angeli ꝛ similiter eius o/
peratio sint diffinitiue in loco. ꝛ similiter ꝙ
angeli cognoscūt quedam que sunt in lo/
co ꝛ tempore: veritatē habet si intelligatur.
Nec est cōtra Thomā. Essentia em̄ ange/
li nō sic est in loco vt a loco contenta vel cir
cumscripta dependeat: tūc em̄ esset in loco
circumscriptiue. Sed quia circa talem et
nō alium aliquid operatur: seu aliquid in/
fluit eidem: ratione cuius dicitur esse in lo
co diffinitiue: quia natura summa regit in
fima p medis: sm̄ doctrinam beati Dio/
nysij. Hinc est ꝙ angeli essentia semp alicu
bi est ponēda: nō propter sui indigentiam
qua locū requirat: sed eo ꝙ in loco aliquo
semp aliquid operatur: vel aliquid quod/
cunqꝫ sit illud illo loco locatis ibidem in/
fluat. Sic quoqꝫ cognoscit angelus ea que
sunt in loco ꝛ tempore vel nihil ab ipsis re
cipiat: sed p species a diuino lumine sibi
impressas i principio sue creationis omia
ista cognoscat: vt patuit supra. Unde nul/
la cōditio loci nec temporis poterit aliquo
modo impedire opatōem intellectualē in
angelis. ¶ Quod vero dicūt quinto. ꝙ nō
fuit tāta distantia inter sinum Abrae ꝛ in/ Ad 5
fernum que posset impedire locutionē mu
tuam illarum animarū diuitis et Abrae:
pro Thoma est. quia vt dictū ē: nec illa di
stātia: nec alia quātacūqꝫ pōt locutōēꝫ an/
gelorū impedire.

Articulus quadragesimustercius.

a Itẽ. q. cviij. arti. iij. i responsiõe primi argumẽti dicit. q̄ oẽs angeli sunt inequales.

Corruptorium

Hoc nõ reprehẽdimus vt erroneũ: tamẽ cõ/
1 trariũ videt magis probabile. s. q̄ aliqui angeli sint adinuicem equales. et ad hoc mouere potest hoc quod firmiter tenemus. scz q̄ homies possunt esse equales angelis. alioquin nõ posset ruina angelorũ p homies
2 reparari. ¶ Preterea. homies possunt equales sibijnuicẽ fieri. alioquin nõ posset vnus sortiri coronã alterius: sicut habet Apocalypsis iij. Tene quod habes: ne alius accipiat coronã tuã. Ergo si homines possunt esse equales angelis et sibijnuicem: probabile est p simile. q̄ etiaz angeli possunt esse
3 equales sibijnuicem. ¶ Preterea. phs. viij. ethicorũ. et Cõmẽtator ibidem dicũt. Oportet veros amicos equales esse ad inuicem. Nõ enim vult amicicia esse in abũdantia alterius. Hec Cõmentator. Si ergo ibi ẽ verissima amicicia: nõ ẽ probabile q̄ ibi sit omi
4 moda inequalitas. Itẽ Aug. i li. de quãtitate aĩe ita dicit. Equalitatẽ inequalitati iure pponis. nec quisq̃ ẽ (vt opinor) hũano spũ p ditus: cui hec nõ videatur. Ergo si i illis beatis ordinib; ponẽdum ẽ quod melius ẽ: ẽ magis ponẽda equalitas q̃ inequalitas.

Responsio ad hec

fm Thomã. Supposito q̄ angeli sint forme simplices. et p cõsequẽs solũ formalr fm gradũ nature differẽtes. manifestũ ẽ q̄ duo angeli nõ possunt i eodẽ nature gradu iueniri. vñ cum vterent oẽs dono nature fm totũ conatũ simul. manifestũ ẽ q̄ receperũt donũ gratie et glorie fm differentẽ gradũ nature sue. ex quo cõsequẽs est q̄ angeli oẽs i natura. grã et gloria sunt inequales. ¶ Ad
Ad. 1. et ad 2. primũ ergo i cõtrariũ dicẽduz. q̄ nõ ẽ simile de angelis et homib;. Oẽs enim angeli fm totũ conatũ nature p gratiã informate actuz meritoriũ vnũ exercebãt. ppt quod fm diuersuz gradũ nature diuersuz gradũ glorie recipiebãt. et p cõsequẽs vt prius inequales i natura: sic postmodũ inequales i glĩa permanebũt. Hoies vero nõ sic simul et fm totũ conatũ exercẽt actũ meritoriũ: sed ptialiter et successiue. et ita p cõsequẽs: illi qui habẽt min⁹ de grã: possũt p frequentẽ actũ: vel vnũ actuz meritoriũ intẽsum augmentũ gratie promereri. et sic tandẽ nõ solũ homibus bonis: verũ etiã angelis quo ad hoc poterũt equari: vt equalẽ cũ ipsis gloriã cõsequãtur. Vñ dissimilitudo inuenit inter homies et angelos pernes hoc q̄ ad equalitatẽ vel inequalitatez facit p se. Et ratio illa que innitit similitudini quãtũ ad hoc nõ valet: sicut patet cuilibet intelligẽti. ¶ Ad secũdũ dicẽdũ. q̄ equalitas Ad 3
q̃ requirit ad amiciciã verã nõ est dicenda semp equalitas quãtitatis: sed proportionis alioqñ nõ posset esse vera amicicia inter aliquos nisi essent omino pares ad min⁹ quo ad magnitudinẽ virtutis: q̃ p se facit ad amiciciã verã: sicut patz p phm. et p cõsequens Petrus et Linus nõ essent vere amici: cum nõ sint gratia equales et gloria. quod qui pertinaciter voluerit asserere: nõ immerito hereticus: et nõ solũ erroneus poterit appellari
¶ Per hoc idẽ patz ad tertiũ. equalitas enim Ad 4
quãtitatis nõ ẽ illa equalitas q̃ vniuersaliter ppõnit inequalitati fm Aug. Sed equalitas proportiõis que summa inuenit in angelis. i quibus fm proportionẽ i diuerso gradu nature diuersus inuenit gradus grẽ et glie. Ex his patz q̄ ista obiecta nõ procedũt.

Articulus quadragesimusquartus.

a Itẽ. q. cviij. arti. iij. in rñsione tercij argumẽti dicit. q̄ angeli q̃ sunt i terminis duorũ ordinũ magis secũ cõueniũt fm ppinquitatẽ nature q̃ vnus eorũ cũ aliquib; alijs sui ordinis min⁹ aũt fm idoneitatẽ ad similia officia. ¶ Itẽ eadẽ. q. articulo. v. i rñsione principali reperit quod iã supra dictũ ẽ: q̄ angelis data sunt dona gratuita fm capacitatẽ suorũ naturaliũ.

Corruptorium

Cõtra istud dictũ ẽ supra ar. xj. de primo vero 1
nõ dicimus q̄ sit error. sed putamus q̄ sit falsum. Credimus enim q̄ omes angeli sint vnius speciei: sicut ostẽsum ẽ supra p auctoritatez Johãnis damasceni quam p parte reptimus. Dicit enim i logica sua. ca. xxxvj. Gabriel cum dei genitrice disputãs: vnus angelorũ existẽs illic presens: disputauit se

patus a cõsubstãtialibꝫ. Hec Damascen⁹.
Ergo si angeli sunt cõsubstãtiales sũt eius
dem speciei. Res eñ diuersarum speciez nõ di
cimus ↄsubstãtiales ¶ Itẽ eodẽ li. ca. xj. ita
dicit. ꝙ maiores phi naturã vocauerũt spe
cies specialissimas: vt angelũ. hoiez ꝛ equũ
Et supra ca. iiij. ita dicit. Sancti aũt patres
dimittẽtes multas ↄtẽtiosas garrulitates:
ↄmũe quidẽ ꝛ ex multis dictu specialissimã
substantiã ꝛ naturã ꝛ formã vocauerũt: vt
angelũ. hominẽ. equũ ꝛ similia. Ex quibus
patet ſm ipm. ꝙ tam ſm phm ꝗ̃ ſm sanctos
2 angelus est nomẽ speciei specialissime. ¶ P.
ex dictis duobus. s. ꝙ angeli vicini in termi
nis duorũ ordinũ magis cõueniũt ſm pro
pinquitatẽ nature: ꝛ aliud quod dixerat. s.
ꝙ angelis data fuit gratia ꝛ dona gratuita
ſm capacitatẽ suoꝝ naturaliũ: sequit̃ ꝙ an
geli vicinãtes in terminis duorũ ordinuz:
cũ magis cõueniũt in naturalibus magis
ↄueniẽt in gratuitis Et cõstat ꝙ angeli qui
magis ↄueniũt i naturalibꝫ ꝛ gratuitis magis
ↄueniũt in idoneitate similiũ officioꝝ.
ꝛ qui in istis ↄueniũt: magis ↄueniũt i or
dine. ergo de necessitate sequet̃ ex pdictis. ꝙ
angeli vicinãtes in terminis duorum ordi
nũ. magis ↄueniũt in idoneitate similium
officioꝝ. ꝛ etiam magis cõueniũt in ordi
ne. quod constat esse falsum.

Responsio ad hec

ſm Thomam. Quod dicunt supra esse re
probatum. scilicz ꝙ angeli receperunt do
na naturalia ſm capacitatem suorum na
turalium: est ibidez rationabiliter in respõ
sione illius articuli declaratum. ¶ Primũ
Ad 1 vero hic propositũ nõ oportet ꝙ putent es
se falsum. Auctoritates autem Damasce
ni supra exposite sunt in responsione articu
li vndecimi. Unde patet ex dictis ibidem
ꝙ omnes angeli nõ sunt eiusdem speciei.
licet quilibet in vna specie specialissima in
ueniat̃. ita tamẽ ꝙ in illis nõ est nisi vnum
indiuiduũ vnius speciei. Per hoc patet rñ
sio ad pmũ ꝛ secũdũ. que tamẽ nõ videtur
multũ ad ꝓpositum. Quãuis eñ oẽs an
geli essent eiusdẽ speciei adhuc rationabili
ter dici dꝫ. ꝙ vicinãtes sibi i terminis duorũ
ordinũ magis cõicẽt quo ad aliquid. qm̃ i
quolibet ordine inueniunt̃ supmi. medij ꝛ in
fimi. ꝛ etiã in supmis vel inter supmos eius
dẽ ordinis sunt aliq̇ supmi. aliq̇ medij. ali
qui infimi. ꝛ inter medios ꝛ infimos ſm Di
onysiũ. Cũ ergo ille angelus q̇ est simplici
ter in vno ordine infimus: p multos grad⁹
distet ab eo q̇ e supm⁹ simplr in eodẽ ordine
ſm multitudinẽ angeloꝝ i illo ordine exñ
tiũ ꝛ ab angelo summo simplr i ordine infe
riori sibi vicino nõ distet nisi p gradũ vnũ
manifestũ est ꝙ multo fortius distet a sup
mo ãgelo sui ordinis ꝗ̃ a supmo angelo in
ferioris. Ista vero instantia nõ attẽdenda
ẽ penes situz. cũ nõ sint situales. In aliquo
igitur alio siue nature simplicitate siue of
ficiorum idoneitate ponenda est ista pro
pinquitas vel distantia maior vel minor.
ꝛ hoc est veruz. magis eñ cõuenit infimus
angelus cum supremo sui ordinis quo ad
officiorũ similiũ idoneitatẽ. ratõe cuius p
tinẽt ad talẽ ordinẽ. licet minus ↄueniat cũ
eodẽ quo ad nature simplicitatẽ ¶ Ad secũ Ad 2
dũ igit̃ dicendũ. ꝙ licet angeli vicini in ter
minis duorũ ordinũ plus ↄueniãt quo ad
gradũ nature. grẽ ꝛ glorie. nõ tamen sequit̃
ꝙ sint eiusdẽ ordinis. Idoneitas eñ illorũ
officiorum similiũ sic participant ab infi
mo angelo illius ordinis. ꝙ nõ e nata par
ticipari ab aliquo inferiori angelo modo si
mili. Probat̃ ꝙ ille ordo i angelo isto termi
nat̃. Natura ꝓ gr̃a ꝛ glorie ab omibꝫ: licz
ſm diuersos gradus participat̃. Et p hoc
patet rñsio ad obiecta.

Articulus qua

a dragesimusq̇nt⁹. Itẽ. q. c. iiij. ar.
vj. in respõsione principali dicit.
ꝙ ens p accidẽs nõ habet causam. qꝛ nõ est
vere ens. quia nõ est vnũ.

Corruptorium

Hoc dicimus esse contra fidez ꝛ cõtra phi
losophiam. Contra fidẽ quia ex hoc sequit̃ 1
ꝙ sit aliquid. immo ꝙ sint plura que nec
sunt deus nec a deo. Constat eñ ꝙ ens per
accidens nõ est deus. Constat etiaz si ens
p accidens nõ habet causam nõ est a deo. ꝛ
ita oẽ ens p accidens nec est deus: nec a
deo. quod ẽ impossibile ¶ Hoc etiã ẽ contra
phiam. Dicit eñ Arist vj. metaph. Cause 2
coꝝ q̇ sunt aut erũt p se aut p accidens. Et
Cõmẽtator dicit ibidẽ Cause coꝝ q̇ sunt p
accidẽs sunt entia p accidẽs. s. quecũqꝫ cau
se sint. immo cause infinite. Hec Commẽ
tator. ¶ P. vtraqꝫ ↄñtia sui argumẽti fallit 3

Nō em̄ sequitur: ens p accidēs nō est vere ens. ergo nō habet causaȝ. sed ē fallacia cō sequētis. Alia etiā ꝯsequētia nō valet. ens p accidēs nō ē vere vnum. ergo nō est vere ens. quia vere ens diuidit̃ in vnū ⁊ multa. ⁊ vnū quod ꝯuertitur cum ente nō est vere vnum: sed ē cōmune ad vere vnū ⁊ multa.

4 ¶ P. si quicquid nō est vnū nō est vere ens nec habet causam: cū mūdus inter oīa en/ tia sit minime vere vnus: ⁊ maxime aggre/ gationis ex multis in actu ⁊ potētia: seque/ retur q̄ nō esset vere ens: nec haberet causā: que sunt falsissima.

Responsio ad hec

sm Thomā. Ad intelligēdū qualiter ens per accidēs nō habet causaȝ sicut dicit hic Tho. ⁊ accipit̃ a pho. vi. metaph. Cōside/ randū ē q̄ licet album habeat causam. ⁊ si/ militer musicū: tamē album musicū quod ē ens p accidens: dicit̃ sm philosophū nō habere causam: quia nō est vere ens: nec ve re vnū quod habeat vnam causam aliquā determinatā. Concursus em̄ illarum dua/ rum causarū. quarum vna est p se causa al/ bi: alia p se causa musici est accidentalis. ⁊ ideo effectus cōsequens: scȝ albū musicum nō habet reduci in aliquā causam vnaȝ de terminataȝ ex qua talis sequatur effectus.

Ad 1 Ex his patet ad obiecta. ¶ Ad primuȝ er/ go dicenduȝ. q̄ procedit ex falso intellectu. Nō em̄ intēdit philosophꝰ vel Thomas q̄ ens p accidēs sit aliquid incertū: vt ip/ si suspicātur: sed q̄ nō habeat aliquam deter minatā causam sed plures: quaꝝ cōcursus ē accidētalis vel preter intētiōem agentis: sicut patȝ in casualibus ⁊ fortuitis: sm phi

Ad 2 losophū scđo physicoꝝ. ¶ Ad scđm dicen/ duȝ. q̄ Thomas nō habet negare nec pho q̄n ens p accidēs habet causam. Cōcursus em̄ caꝝ respectu alicuius effectus qui ē ens p accidēs accidētalis ē. ⁊ h̄ docet Thomas ⁊ phus similiter. vn̄ quod adducūt de pho

Ad 3 ⁊ cōmētatore p Thoma facit. ¶ Quod vo dicūt tercio. q̄ ista ꝯsequētia fallit. ens p ac cidēs nō ē vere ens: ergo nō habet causaȝ. p cedit ex hoc q̄ nō attēdebāt qualiter ens p accidēs dicit̃ nō h̄re cām vnā videlicȝ ⁊ de terminatā. ¶ Sūt qđ dicūt q̄ ista ꝯñtia fal lit: nō ē vere vnū. ergo nō ē vere ens. ponen tes q̄ vnū qđ ꝯuertit̃ cū ente nō ē vere vnū ex falso intellectu pcedit. Idē em̄ ē ponere.

q̄ vnū qđ cōuertit̃ cū ente nō ē vere vnū. et ponere q̄ ens nō sit vere vnū ens. ⁊ hoc ē cō tradictoria esse simul: cū dispositio vniuscu iusqȝ i ente sit dispositio eius in vnitate sm phm. Sciēdū ē etiā. q̄ put docet Thomas supra. q. xi. ar. ii. Ens diuiditur p vnum ⁊ multa. ⁊ p vnū simpliciter: ⁊ multa sm q̄d. Nulla em̄ priuatio tollit totaliter eē. quia priuatio ē negatio in subiecto sm philoso/ 4 meth. phū. sȝ tamē oīs priuatio tollit aliquod esse. Et i ente ratōe sue ꝯmunitatis accidit q̄ priuatio entis fundet̃ i ente. quod nō ac cidit in priuatiōe aliarum formaꝝ speciali/ um. Et sicut ē de ente: sic ⁊ de vno ⁊ bono. q̄ cōuertūtur cum ente. nam priuatio boni fū datur in aliquo bono. sm Augustinū in en chi. Et similiter remotio vnitatis siue mul titudo fundat̃ i aliquo vno: sm Diony. iiii. ca. de di. noibꝰ. Et inde ꝯtingit q̄ multitu/ do ē quoddā vnū: ⁊ malū est bonuȝ quod/ dam. ⁊ nō ens ē quoddā ens. nō tamē pre/ dicat̃ oppositū đ opposito. quia alteꝝ ē sim pliciter alterū sm quid. vt quod ē sm quid vt in potentia: nō ē simpliciter. i. actu. Si militer quod vnum est simpliciter ē multa sm q̄d. Ex his patet q̄ vnū eodē mō se ha/ bet ad vnū ⁊ multa sicut ⁊ ens. ppter quod optime sequit̃. q̄ si aliquid nō sit vere vnū nō sit vere ens. eodē mō deficiet ab entita/ te quo deficit ab vnitate. loquendo de vno quod cōuertitur cū ente. đ quo loquit̃ Tho mas i pposito. ¶ Ad quartū dicēdū. q̄ mul Ad 4 ta: imo oīa q̄ sunt i vniuerso siue mundo hoc: habēt causas determiatas. inter quas ē ordo essentialis ac dependētia. cum oēs cause secūde a causa prima dependeant. vn̄ cōcursus earum nō est accidentalis vel nō intētus ab ipsis causis. ppter quod effectꝰ ꝯsequēs. scȝ mūdus: nō est ens p accidens carēs causa determinata: cum alique eius partes immediate a causa prima producā tur. ⁊ alia oīa que sunt i mūdo: etiam ab eodē sunt p causas secūdas ab ipso ordina Auctor tas: ita tamē q̄ ipse sit semp plus influens. de causis Cōcursus vero causaꝝ ad quem ꝯsequitur effectus qui dicit̃ ens p accidens. q̄uis nō accidat preter intētōem dei oīa disponen tis: accidētalis tamē est in se ꝯsideratus vł preter intentōeȝ agētis particularis sm na turam. vel etiā sm ppositū. ppter quod hu iusmodi effectus dicit̃ ens p accidēs vł for tuitus vel casualis: nō habēs vnā causam determinatā: vt dictū ē.

a Rticulus qũa

dragesimussext⁹. Jtẽ.q.cxv.art.s. i m̃.pn.dicit.ꝙ omnes hũani intellectus sint vnius grad⁹ i ordine nature.

Corruptorium

Si nomẽ nature intelligat spẽm vel specificã drñam: sic verꝫ dicit fm Damascenũ in logica sua.ca.xi.ꝛ fm Boeciũ i lib.de duabus naturis et vna psona xpi.vbi dicit.ꝙ natura vno mõ idẽ ẽ quod vnãquãꝗꝫ rẽ informans specifica drñtia.sic eñ accepta natura nõ recipit magis ꝛ minus: sed hoc mõ nõ videtur intelligere: sicut patet ibidẽꝫ intuenti. Alio mõ accipit natura ꝓ naturali ꝓprietate vel vtute.put dicit phs.ij.physicoꝝ.ꝙ naturas cognoscere possibile ẽ. si qs cõcedat trãsmutari corp⁹.ꝛ h mõ videt ibi loqui.nam premisit ꝙ angeli aliqua virtute actiua quasi supioris nature cõforrãt intellectũ hominis adolescẽtis .nõ sic homo. quia omnes humani intellectus sunt vnius gradus in ordine nature. ꝛ sub hoc sensu falsuꝫ ẽ quod dicit. Naꝫ vna anima aliam excedit: ꝓprietate.dignitate: et virtute naturali.alr anima xpi nõ esset nobilior alijs animabus.nec vnus intellectus nobilior ꝗꝫ alius.quod tanꝗꝫ erroneũ est nuper damnatuꝫ Parisius sub his verbis. Jnconueniens ẽ ponere aliquos intellectus nõ nobiliores alijs. Et ẽ error.xxiij.ca.de octauo de anima vel intellectu. Quod patet. quia natura hoc modo sumpta recipit magis ꝛ minus.

Responsio ad hec

fm Thomã. Ad dissolutionẽ eorum que hic obijciunt cõtra Thomaꝫ. Sciendũ ꝙ sicut natura specifica nõ recipit magis ꝛ minus put isti fatẽtur: sic nec ꝓprietas naturalis ꝯsequẽs specẽ. sicut patet de homie et risibili. Et isto mõ intẽdit Thomas ꝙ omnes humani intellectus sunt eiusdem gradus in ordine nature.quod patet ꝑ hoc ꝙ intellectus angelicus quem dicit esse superioris nature: differt specie ab intellectu humano. ꝛ ideo ipsum excedit i natura ꝛ virtute actiua naturali speciẽ ꝯsequẽti. ergo licet vnus intellectus humanus alterũ in multis excedat: siue ꝓpter meliorẽ corpis dispositiõem. siue ꝓpter meliora dona gratuita.ꝓpter que virtutes naturales nobilitant. vñ vtutes naturales i anima xpi nõ solũꝫ alias alas: sed etiã omnes alias creaturas i nobilitate ꝛ ꝑfectiõe excedit: ꝓpter quod erroneuꝫ fuit ponere omnes intellectus hũanos eiusdẽ nobilitatis penitus. ꝛ nullũ alio nobiliorẽ. qđ nõ immerito damnatũ ẽ parisi⁹ tñ omnes intellectus humani sunt vni⁹ spẽi. ꝛ ꝑ cõsequẽs eiusdẽ gradus i ordine nature qñtũ ad vtutes ꝛ ꝓprietates spẽꝫ ꝯseqñtes. si ꝯsiderent i sua natura sola abstracta. ꝛ h vt dictũ ẽ. ꝛ nõ aliud intẽdit Thomas.

a Rticulus qua

dragesimusseptim⁹. Jtẽ.q.cxviij. ar.iij.i rñsiõe scdi arg. dicit.ꝙ additio ad formã subalẽ mutat speciẽ.

Corruptorium

Si intelligat de additiõe ꝑfectiõis subalis: que ab aliquibꝫ vocat ꝑfectio pma. ꝗ etiaꝫ mutat diffinitiõeꝫ. verꝫ ẽ fm phm.viij.metaph. Si intelligat de additiõe ꝑfectiõis accñtalis. vel de additiõe ꝑ intẽsiõꝫ ꝓprietatis vtutũ naturaliũ: que vocat aliqñ ꝑfectio secũda ac posterior falsuꝫ ẽ. ꝛ videt vicinũ illi errori: ꝗ ponit oẽs itellect⁹ hũanos naturaliť eqles eẽ. nec vnũ eẽ alio nobiliorẽ.

Responsio ad hec

fm Thomã. Manifestũ ẽ cuilibet intuenti.ꝙ Tho. intelligit pmo mõ ꝛ nõ scdo mõ qliter tñ dꝫ dici ꝙ intellect⁹ hũani sint eqles ꝛ qliter nõ: patuit.s.ar.primo.

a Rticulus qua

dragesimusoctauus. Jtẽ ibidẽ ponit.ꝙ tm̃ ẽ vna forma subalis in homie ꝛ i quolibet composito.

Corruptorium

Hoc supius ar.xxxj. iprobatũ ẽ vt erroneũ.

Responsio ad hec

fm Thomam. Superius vtrunꝗꝫ declaratum ẽ ꝙ nullus error in fide vel philosophia sequitur ex dicta opinione de vnitate forme subalis in eodeꝫ. hic igit ponẽtur aliꝗ ꝑsuasiones. ꝗbꝫ videt aliquibꝫ necãrio cõcludi. ꝙ oĩno ẽ ipossibile oppositũ itelligere

1 Quod ſic ꝓbāt.q2 due forme eiuſdē ratōis
nullo mō pn̄t eidē ſubiecto vel ſuſceptibili
ſimul ineſſe. Sed omnes forme ſubales ma
teriales ſunt vnius ratōis. ergo nullo mō
hmōi due forme poterūt eidē ſimul ineſſe.
Maior patz tā ī formis inter quas ē ꝯtra
rietas: ꝙ̄ i alijs iter quas nulla ꝯtrarietas
inuenitur. Sicut em̄ albedo ⁊ nigredo nul
lo mō poſſunt ſimul eidē ineſſe: cū ſint for
me ꝯtrarie vnius ratōis: ſm hoc ꝙ vtrūqꝫ
eſt color: ſic nec due albedines nec due figu
re que ſunt forme eiuſdē rationis nō cōtra
rie: poſſunt eidē ſubiecto ſm idē ſimul in
ſſe. Minor patet ſic. Omnes ille forme ſūt
vnius generis ſm phm̄. inter quas cadit
trāſmutatio ꝑ ſe ⁊ nō ꝑ accidēs. Sꝫ huiuſ
modi ſunt omnes materiales forme. Uide
mus em̄ ꝙ materia a forma vna elementa
ri vel mixti trāſmutatur ad aliā ꝑ ſe ⁊ nō ꝑ
accidens: ſicut quando ex aere fit aqua. et
ex vino acetū. ergo vt videtur huiuſmodi
due forme nullo mō poterunt ſimul ineſſe.
Cum em̄ fit tranſmutatio aque ꝑ ſe. quan
do ex aqua alterata in ſtipite vitis fit vinū
ſicut quādo ex aere alterato fit aqua: mani
feſtū ē ꝙ forma aque ⁊ forma vini eque ſūt
vnius generis phyſici ſm determinationē
philoſophi: ſicut forma aeris ⁊ forma aque
ergo ſicut ille nō compatiūtur ſe ſimul ī ea
dem materia: ſic nec iſte ⁊ ſimilis ē ratio de
omnibus formis inter quas cadit trāſmu
tatio ꝑ ſe: ⁊ nō ꝑ accidens. ¶ Idē probant
2 ſic. Quod ē per ſe terminus a quo alicuius
trāſmutationis: impoſſibile ē ꝙ compatia
tur ſecū in eodē ſuſceptiuo illā formā que eſt
per ſe terminus ad quem tranſmutationis
eiuſdē. Sed manifeſtū eſt ꝙ inter formas
ſubſtāțiales ē tranſmutatio ꝑ ſe ⁊ nō per ac
cidens: nō ſolū quādo ex vno elemento fit
aliud: ſed etiā quādo ex elemēto vel elemē
tis fit mixtū. Uerbi gratia. Ex aqua fit vi
num vel aliud alimentū. ⁊ ex illo alimen
to ſemen. ⁊ ex ſemine ſanguis: et ex ſangui
ne embrio. ⁊ ex embrione equus vel homo
ergo (vt videtur) impoſſibile ē ꝙ ī huiuſmo
di idē ſuſceptiuū ſiue materia ſimul mane
at ſub termino a quo ⁊ ſub termino ad quē
Sed in qualibet trāſmutatione predicta
rū. cū ſint trāſmutationes ꝑ ſe: ⁊ nō per acci
dens: ſemꝑ terminus ad quē expellit termi
nū a quo. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ad vnius forme ſub
ſtātialis inductionē in hmōi: neceſſe ē illā
que p̄fuit in eadē materia corrumpi. ita ꝙ

Nota q̄ forme ſint vni⁹ gener⁹ ſiue rōnis

ſemꝑ generatio vnius ſit corruptio alteri 1. d gen.
us: ſicut docet phus. ¶ Itē omnis forma ac 3
cidentalis tribuit ſuo ſuſceptiuo aliquod
eſſe ſui generis. puta quantitas eſſe quan
tū: ⁊ qualitas eſſe quale: ⁊ ita de alijs. ergo
eadē ratione: immo multo fortius omnis
forma ſubſtantialis de cuius ratione veri
us ē ꝙ ſit principiū eſſendi: dabit eſſe ali
quod ſui generis ſuo ſuſceptiuo eſſe ſcꝫ ſub
ſtātiale: quod ē idē quod ꝑ ſe ſubſiſtere. Si 7 meth.
cut em̄ accidentis eſſe eſt ineſſe. ita eſſe ſub
ſtantiale ſiue eſſe ſubſtantie ē ꝑ ſe ſubſiſtere
Si igitur due forme ſubſtātiales eſſent in
eadē materia: iam eſſent in illo compoſito
duo ſubſiſtere. ⁊ ꝑ conſequens duo ſubſiſtē
tia. ex quibus impoſſibile eſt fieri aliquod
vnū niſi ꝑ contactū vel ligamentū. ſicut di
cit Cōmentator ſuper primo de anima. et
ideo a ponentibus in homine plures ani
mas: recte querebat philoſophus quid cō
tineret eas. ſm Cōmentatorem ibidem.
¶ Itē omnis forma [illegible] adueniens alicui enti 4
ē extra eius quidditatē. et per conſequens
erit accidentalis eidē. quia quidditas vel
eſſentia rei neceſſario precedit ordine natu
re quodcunqꝫ eſſe eiuſdē: ſiue illud eſſe di
catur accidentale vel ſubſtantiale comple
tū vel incompletū. Si ergo aliqua forma
ſubſtantialis adueniat alicui cōpoſito ha
benti eſſe actuale ꝑ aliquam aliā formam
ſubſtantialē precedentē: illa forma aduent
ens conſequitur eſſe talis compoſiti quod
ē poſterius: neceſſe ē ꝙ ſequatur ipſi⁹ quid
ditatē vel eſſentiā que ſm naturā prior ē:
vtpote participans tale eē. ⁊ ſic erit extra eſ
ſentiam talis compoſiti. Cum em̄ eſſe ſit ex
tra eſſentiā vel quidditatē rei ⁊ poſterius ip
ſa. manifeſtū ē ꝙ illud quod aduenit poſt
eſſe eius: ē forma adueniens compoſito p̄
habenti eſſe actu. ē omnino extra quiddita
tem ⁊ eſſentiā talis compoſiti. ⁊ ꝑ cōſequēs
ē forma accidentalis eiuſdē: ſi tamē ipſum
aliquo modo informet. ¶ Itē probat ꝑ Cō 5
mentatorē ſecūdo de anima: qui ponit dif
ferentiā inter animā ⁊ formā accidentalē:
in hoc ꝙ forma accidentalis quecunqꝫ ē in
ſubiecto actu ente. anima vero eſt in ſubie
cto quod nō habet eſſe niſi ꝑ ipſā. Ex quo
patet ſm ipſum. ꝙ anima ē forma ſubſtan
tialis. Uult em̄ ibidem. ꝙ ſubiectū accidē
tis ē ꝯpoſitū ex materia ⁊ forma qḋ indiget
in ſuo eſſe accidēte. ſubiectum autē forme
ſubſtātialis nō habet eſſe actu niſi ꝑ formā

stlam. Et parum pōst dicit. ꝙ forme natu/
rales sint substantie: que cum fuerint abla/
te: aufertur nomen quod demonstrat eas:
ſm quod est indiuiduū substantie. et per
consequēs (vt videtur) impossibile est ali/
quod aliorum remanere: cum indiuiduū
substantie sit substantia prima. De p̄mis
eñ substātijs dicit philosophus in predi/
camentis. Destructis primis ꝛc. Et hoc est
quod dicit Cōmentator ipē ibidem: conse/
quenter quia aufertur genus ꝛ differentia:
ꝛ nihil remanet. Hec oīa dicit Cōmenta
tor: ad ostendendū qualiter ſm philoso/
8. de aia phum anima est actus primus corporis.
ante quem nō habet actum vel formā pri/
orem. Et ideo dicit Cōmentator ibidē o/
ctauo metaphysice. ꝙ corpus non existit si
ne aīa. quod esset manifeste falsum: si cor
pus mortuū anima recedente existeret idē
6 quod prius. ¶ Idem probauit sic. Forma
substantiali recedente: quod remanet non
est eiusdē speciei: sicut patet de corpore viuo
et mortuo. Sed que differunt specie diffe/
runt numero ſm philosophū. Hoc aūt nō
foret: si in corpore viuo essent plures forme
substātiales. tūc eñ posset vna ꝛ eadē nu
mero remanere alia recedente. ¶ Ex his vi/
detur ꝙ in animatis de quibus minus vi
detur: nō potest pōni nisi vna forma sub/
stantialis in eodē. ¶ Idem probant ꝑ sen/
7 tentiā philosophi: ꝛ Cōmentatorē octauo
methaphysice. qui sic ait. Omnis qui po/
nit ꝙ corpus ꝛ anima sint duo diuersa con
uenit ei dicere: quid sit causa ligamēti ani/
me cū corpore. Qui autē dicit. ꝙ anima ē
ꝑfectio corporis. et corpus nō preexistit si/
ne anima apud ipsum: corpus ꝛ anima nō
erunt duo diuersa in actu: nec accidit que/
stio hic. quia anima cū corpōre est vnum
sicut ꝛ materia prima cum forma est vnū.
Ecce hic manifeste habet̄. ꝙ sicut materia
prima forme vnita nullum habet actū ni
si ꝑ ipsam. nec est aliquid aliud actu ab ip
sa: cum sit forma eius: actus primus ꝛ per/
fectio. Similiter et corpus anime vnitum
nullū habet actum nisi ab ipsa. nec est ali.
quid aliud ab ipsa actu. sed ipsa anima est
eius actus primus et ꝑfectio prima. quod
nō esset verū si corpus constitueret̄ in esse
corporeo ꝑ aliquam formā precedentē ani/
8 mā. ¶ Istud etiā probat ꝑ sententiā philo/
sophi ꝛ Cōmentatoris p̄mo physicoꝝ. vbi
dicit Cōmentator. ꝙ si materia haberet ali
quam formā sibi propriā nullam aliā re/
ciperet ipsa manente. Et parum post dicit.
ꝙ si haberet aliquā formā: forme essent ac
cidentia: ista nō sequerentur si vna forma
substantialis manēs in materia: posset su/
pra se aliā recipe. ¶ Idem probant ꝑ dictū 9
phi p̄mo de generatione: vbi vniuersaliter
loquens de generatione. sicut patet ex hoc
ꝙ rep̄hendit Platonē. ꝙ nō est locutus ni
si de generatione simpliciū: sic dicit subie/
ctū generationis nō est quid aut quantum
vel quale. sed solū hyle ens in potentia. Et
probat quinto physicorū. ꝙ generatio nō ē
motus. quia scʒ huiusmodi ens in potētia
nullo modo ē mobile. prout patʒ ex verbis
phi ꝛ Cōmētatoris ibidē. Sed si aīa vel
alia forma induceret̄ ī materia prius infor
mata forma substātiali p̄cedēte. ꝛ postmo/
dū remanēte in eadē materia: post inducti/
onē forme illius ī ipā materia cū illa forma
que ꝯtinue maneret in ea foret subiectū ge
nerationis: ꝛ cū ex materia ꝛ forma tali ne/
cessario oporteat ponere quoddā composi/
tū quod ē hoc aliquid: scʒ corpus. ꝛ ꝑ conse
quens quantū ꝛ quale. ꝛ ꝑ ꝯsequēs etiā mo
bile nō solū ens in potētia: sed etiā formā
ꝛ actū habens: manifestū est ꝙ oīa predi/
cta a pho quinto physicoꝝ. ꝛ p̄mo de gene/
ratione. de subiecto generationis scʒ. ꝙ nō ē
quid nec quantū nec quale. nec ꝑ ꝯsequēs
mobile. sed solū hyle ꝛ ens ī potentia falsa
erūt. ¶ Qualiter ꝟo nō oportet ponere plures
formas sūbales in eodē sic declarāt qui reti Quō nō
nēt opinionē p̄dictā: vniuersalit̄ videmus opʒ plu
ꝙ vnā formā substātialē cōcomitantur. ꝛ se res for
quūtur plures forme accidētales: sicut patʒ mas sba
in vno elemēto simplici: vt in igne vel aere les eē ī
in quo frustra fingerent̄ plures forme sub/ codē
stantiales: vbi multe inueniūtur acciden/
tales. vtpote caliditas. raritas. leuitas et
diaphoneitas: quod vtiqʒ cōtingit ad hoc
ꝙ aliqua forma substantialis ī materia in
ducat̄: necesse ē ꝙ ꝑ quasdā formas accidē/
tales materia disponatur. Verbi gratia. si
in materia aeris induci debeat forma ignis
primo inducuntur ī materia ille forme ac/
cidentales: vt raritas ꝛ caliditas: et hmōi
ad susceptiōnē forme substantialis ipsius
ignis disponētes. ꝛ in eodē instanti quo ter
minatur alteratio ad hmōi qualitates: in
sūmo inducat̄ ipā forma substātialis ignis
ꝛ est corruptio aeris. ꝛ quia forme substan/
tiales elementorum sunt imperfectissime.

Hinc ē ꝙ sunt totaliter materie immerse et maxime materiales: intm̄ ꝙ ipas nō consequit̄ aliqua virtus actiua vel ꝓprietas: nisi ille forme accidētales que erāt dispositiones materie respectu earundē. Vbi grā. Caliditas. raritas ꝛ hmoi. que ꝑus disponunt materiā aeris ad susceptiōȝ forme ignis in gradu incompleto: postea ꝯsequūtur eiꝰ inductionē in gradu completo ꝛ nō alie. Sicut ꝟo animali qua vna qualitas ꝑma ꝯsequit̄ inductionē forme elemēti vnius in corruptōē forme elemēti alterius: ita ad inductionē forme mixti sequit̄ quedā adequatio ſm ꝓportionē aliaꝝ qualitatū: in cuiꝰ inductione necesse ē formas elemētoꝝ corrumpi que ꝑus erāt i materia illa ſm substantiā. Nec pōt intelligi ꝙ diuerse forme elementares maneāt in eadē pte mixti ipsius. quā impossibile ē ꝑficī simul diuersis formis specificis: cuiusmodi sunt iste forme substātiales elemētoꝝ. Nec potest dici ꝙ manet in diuersis partibus materie eiusdē. Tūc em̄ in mixto manerēt elementa actu distincta: Nec esset ꝑ ꝯsequēs mixtio nisi quo ad sensum forsan. ꝛ ideo oportet dicere ſm ph̄m. ꝙ forme substātiales elemētoꝝ nō manent in mixto actu sed virtute. Licet em̄ in inductione forme substantialis ipsius mixti corrūpant̄ forme substātiales elementorū. quia tamē quattuor qualitates eorundē aliqualiter adequate ꝯsequunt̄ formā substantialē mixti. que quidēȝ qualitates sunt ꝟtutes actiue ipoꝝ: ꝛ quasi instrumēta formaꝝ substantialiū eorundē. Hinc ē ꝙ elemēta dicūtur manere in mixto ꝟtute ꝛ nō actu ſm sbstantiā suā. ¶ Ex his euidēter apparet. ꝙ in mixto nō oportet ponere plures formas subales: sicut nec i vno simplici elemēto. licet in mixto sint plures forme accidentales ꝗȝ in vno elemēto. qm̄ ꝑter quattuor qualitates elemētares ꝑ quas dispōnit̄ materia ad susceptōēm forme mixti. ꝛ que ipam consequūtur i quadā media ꝓportione: ꝯsequit̄ ipaȝ formā mixti aliqua ꝟtus actiua ꝓpria: que dicit̄ ꝟtus habēs spēm. Verbi gratia. Virtus qua adamas trahit ferrū. et saphyrus occidit antracē: ꝛ hmōi. ꝛ sic ptȝ qualit̄ forma mixti que ꝑfectior ꝛ nobilior ē: habet in se actualiter ipas qualitates ꝑmas: q̄ sunt ꝟtutes ꝓprie elemētoꝝ cū quadā virtute interiore sibi ꝓpria. Sicut em̄ naturali ordine ex elemētis: quoꝝ forme inter formas sbstātiales sunt imꝑfectissime ꝛ maxime materiales vt ꝑdictū ē generat̄ mixtū: cuiꝰ forma ē ꝑfectior. ꝛ ꝓpter hoc etiā virtuosior cōtinēs in se virtualiter ipas formas elementorum. ꝛ addens vlteriorē virtutē ꝛ ꝑfectionem. Simili mō ex vno mixto minus nobili naturali ordine generat̄ mixtuȝ nobilius. cuius forma nō soluȝ addit virtutē supra ꝟtutes elemētares: sed etiā supra virtuteȝ mixti ex quo generat̄. Verbi grā. Sicut lapides fiūt ex elemētis tanꝗȝ ex ꝓpria materia. quoꝝ forme substātiales addūt ꝟtutes speciales speciē ꝯsequētes supra virtutes elemētoꝝ. Sic de lapidibꝫ quibusdā fiunt diuersa metalla quasi ex materia ꝓpria. lapis quidē calore solutus in es cōuertit̄. Et iste forme substātiales metalloꝝ nō solum addūt supra ꝟtutes elementoꝝ in ipis magis ꝓportionatas ꝗȝ in lapidibus ex quibꝫ generant̄. sed etiā aliquam specialeȝ virtutem vlteriorē supra virtutē ipoꝝ lapidū ex quibus generant̄. Auꝝ em̄ habet virtutem mūdificatiuā. immo alias ꝟtutes multas que excedūt virtutes nō solū elementoruȝ: sed etiā illius mixti quodcūqȝ sit illud ex q̄ auꝝ generat̄. Istud ē magis euidēs i alimēto: ꝙ vel fit ex elemētis: cuiꝰ forma substātialis addūt ꝟtutē ꝯsequentē spēm supra virtutes elementares. ex quo quidē alimento sumpto aīali generat̄ semē. cuius forma est nobilior: ꝛ addēs vlteriorē ꝟtutē. ex quo semine generat̄ sanguis cuiꝰ forma est adhuc nobilior ꝛ addēs ad vlteriorē ꝑfectōēm. ex quo sanguine generat̄ embrio. cuiꝰ forma ē nobilior addēs adhuc plures ꝛ nobiliores ꝟtutes: vtpote generatiuā ꝛ sensitiuā. Ex h̄ tandē generat̄ homo vel equus: cuius forma ē nobilior: addēs ꝟtutē sensitiuā ꝑfectiorē quo ad formā equi: simul cū hoc ꝟtuteȝ intellectiuā quo ad formā homīs. Ex his ptȝ ꝙ corpa illa quorū natura ē imꝑfectior ꝛ ignobilior sunt ꝑncipia materialia. ex q̄bus fiūt corpa melioris nature: q̄ hn̄t in se ꝟtutes illoꝝ corpoꝝ ex quibꝫ fiūt. supra q̄s addūt ꝟtutes ꝛ ꝑfectōēs vlteriores plures ꝛ ꝑfectiores vel pauciores ſm gradū ꝑfectionis ꝛ nobilitatis sue nature. In illis em̄ i quibꝫ ratōne ꝑfectōis sue nature ē nobilior aut multiformior dispositio marie: plures ac nobiliores inueniunt̄ ꝟtutes formā sbalē materiā talit̄ dispositā ꝑficiētē ꝯsequētes. Verbi grā. q: i aliquibꝫ ꝑfectis aīalibꝫ nobilit̄ ac multiformit̄ disponit̄ materia ad illius forme nobilis susceptōēm idcirco sba/

lem formā hmōi aīalīū pfectoꝝ multe nobiles ꝯsequuntur virtutes tā vegetatiue ꝗ̄ sensitiue. Et ꝙ oēs iste ṽtutes possint cōsequi vnā formā subalē sic declarat. Manifestū ē ꝙ aīa sensitiua ē forma simplex existēs i toto aiali z i qualibet eius pte. z tñ ipsam ꝯsequunt valde multe ṽtutes. quarū quedaꝫ sunt aliqꝫ nobiliores ſm nobilioꝛē dispositionē materie vel minus nobilē i ptibꝫ illiꝰ aialis. In illis em ptibꝫ materie aialis i q̄bus minus nobilis dispositio inuenit ad aīam: illā pte materie pficientē nō cōsequit nisi virtus sensitiua. s. tactus: mīme nobilitatis. In aliqꝫ ṽo ptibꝫ nobilioꝛi mō dispositis ꝯsequitur vna cū ṽtute tactiua alia ṽtus vlteriozs. gustatiua. visiua. audiriua vel olfactiua: que dr̄nt in gradu nobilitatis ſm dr̄ntē dispositiōꝛ materie nobiliorē vel minus nobilē. Aliqua ṽo ps materie aialis tā nobilē hꝫ dispositōeꝫ. ꝙ aiam sensitiuā pficientē illā pte materie: ꝯsequit virtus sensitiua cōis. Alie etiam ptes materie eiusdē adhuc nobilioꝛē habēt dispositōem ita vt ad aīaꝫ sensitiuā pficientē illas ptes materie ꝯsequāt quedā ṽtutes q̄ dicunt viribꝫ sensitiuis nobiliores z supiores: cuiusmodi sunt imaginatiua z estimatiua q̄ quādā silitudinē habēt cū potētia rōnalis aīe. Ecce qualiter ad vnā aiam sensitiuā que ē vna forma simplex ſm ꝙ pficit eandē materiā diuersimode i diuersis ptibꝫ suis dispositā tā diuerse ꝯsequūtur sensitiue virtutes quaꝝ aliqua paꝝ excedit virtutē vegetatiuā. Uerbi grā. Tactus z alia ṽtus: vt estimatiua. papue que pcipit intētōes nō sensatas: habēt vicinitatē z silitudinē cū natura rōnali. Sili etiā ē ponēdū ſm sctōs. ꝙ in hoīe nō ē nisi vna forma simplex: ad quam ꝯsequuntur vires vegetatiue. z eatenꝰ dicit aīa vegetatiua. z oēs pdicte ṽtutes sensitiue. z eatenus dicit aīa sensitiua z vlteriꝰ virtus intellectiua. et eatenꝰ dr aīa rōnalis. Istud tenēdū ē p certo. qꝛ hmōi oppositū reeitat ab Aug. inter errores. z merito. qꝛ si ṽtus vegetatiua z sensitiua nō radicaretur i ipa ēentia aīe rōnalis i hoīe. nec ipaꝫ pficientē materiā corpis humani ꝯsequerēt. manifestū est ꝙ nulla ṽtus esset i humano corpore rōne intellectiue aīe sibi vnite: ex q̄ posset ꝯcludi ꝙ nō vnit corpi vt forma: sꝫ solū vt motor. qḋ est hereticū. Uidemꝰ em ꝙ ad eēs formā pficientē materiā quācūqꝫ consequit aliqua ṽtus ex hoc ipo ꝙ materia a forma illa pficit. sicut patꝫ i omibꝫ inductiue. Nec pōt fingi istā ria nisi i ꝓposito. z hmōi instātia qm̄ nulli innitit rōni: friuola ē z oīno vana. sed nulla rō cogit ponere i homine tres aīas. imo nec p ꝯñs plēs formas sbales. z hoc patere pōt ex dictis. s. i solutōne ar. xxxj. z. xxxiij. ¶ Tamē ne videar magnis hoībꝫ q̄ sunt ꝯtrarie opinionis derogare vel psumptuose nō deferre: nihil affero. nec coꝛū opiniōeꝫ ꝯtra fidē vel phiaꝫ esse dico. tñ hoc mihi videt. ꝙ aliqua errori ppinqua vident sequi ex illa opinione: q̄ ponit plures formas subales i eodē indiuiduo. papue i phia. cuiꝰ pncipia ſm doctrinā phi z ꝯmentatoris falsificant: si positio illa vera dicat quātū scio eam intelligere. Et ecce corā deo qꝛ nō mētior: si scirē argumēta que hoc ostēdūt dissoluere: vt qñqꝫ credebā: mīsioneꝫ p singula posuisseꝫ. Sed sicut nihil ptinaciter affirmo: ne sim psumptuosus: sic meā recognoscēs impotētiā vel ignorantiaꝫ: nihil in deo ad argumēta pdicta: ne ficar fatua dicere cogar: forsan docebit nos mīderevel aliꝰ aliqꝫ: cui dn̄s istā veritatē lucidius voluerit reuelare: ipe dn̄s nr̄ Jesus xp̄s doceat nos z i aliqꝫ articulis pfactis veritatē inuestigatā intelligere: z intellectā docēdo declarare ad eius laudē z honoꝛē cui ē gloria per infinita seculoꝝ secula.

Additio ad predicta bn̄ notāda. ar. 49. ¶ Qui volūt rōes pdictas ad eā q̄ fidei sūt ptractare: inueniēt positionē de pluralitate formaꝝ subalū in eodē multo amplius ꝗ̄ illā de vnitate fidei xp̄iane repugnare. Qḋ sic pt patere. Si em̄ due forme subales nō ꝯpatiunt se i eadē materia numero ppt implicitā ꝯdictionē: put pbāt due rōnes primē: manifestuꝫ ē ꝙ qui hoc supposito ponet in corpe xp̄i aliquā formā subalē aliā ab eius aīa: coipo necessario hꝫ negare aīaꝫ eidē corpi inesse. z p ꝯsequēs illud corpus assumptū a verbo nūqꝫ fuisse animatū vel viuū. nec p ꝯseqñs mortuū. nec solū illā mortē. sed mortis illius causaꝫ euacuaret. ¶ Itē hoc dicēdo eodēqꝫ posito: cogeret ponere ꝙ aīa intellectiua nō vnit corpi aliā formam subalē habēn vt forma. z p ꝯsequens a corpore pctm̄ originale nō ꝯtraheret. p quo tm̄ delēdo xp̄s mortuus ē. z ad quod delenduꝫ sacramētū mortis sue. s. pncipaliter ordina

B

tur. Hoc idē ptz: si qlibet forma subalis ponatr dare suo susceptiuo aliqd esse sui generis qd ē p se subsistere: put pbat tercia rō. sic em̄ necesse ē positionez multaꝝ formaꝝ intelligere. q corp⁹ an̄ aduentū aie p se subsistat. ⁊ pari rōne: immo multo fortius q aia a deo creata esse habeat ad min⁹ ꝑus natura q̄ȝ vniatr corpi. ⁊ ex hoc sequitr vt videtr. q ex tali corpe ⁊ ex tali aia cū sint duo actu diuersa cū esse diuerso. ⁊ diuersa p pprias formas seorsum subsistēcia nunq̄ȝ fieri pōt vere vnū. Ex quo sequitr nō solū q aia intellectiua nihil a corpe cui vnita ē vt forma cōtrahat. immo q ipa eadē numero (put finxit Auerrois) in omib⁹ homib⁹ existat. ⁊ mlta alia que fm fidē christianā vtpote falsissima ꝯdemnantr ex pfata positōe de formaꝝ subaliū pluralitate in codē (vt nōnulli existimāt) ꝯsequuntr. Sȝ hoc qualiter debeat diffiniri alteri⁹ ē negocij. In hoc em̄ ope nihil aliud q̄ȝ ad ea q aduersarij doctoris nostri eximij obijciūt m̄sio ponitr ⁊ ponetr.

¶ Finit responsio ad obiecta contra pmā partē summe fratris Thome de Aquino: ordinis fratꝝ pdicatoꝝ i articulis .xlix.

¶ Correctoriū corruptoriū verboꝝ Thome i pma scde dictoꝝ incipit.

Rticulus primus.

a In .j. pte .ij. libri .q. iij. ar iiij. i m. pn. dicit tho. q ad btitudinē duo reqrūtr. vnū qd ē ēēntia btitudis. ⁊ aliud qd ē qsi p se accn̄s ei⁹. s. delectatō ei adiūcta. dicit ḡ q q̄ȝtū ad illud qd ē ēēntialr btitudo ipossibile ē q cōsistat i actu volūtatis. Cui⁹ rō ē. q2 btitudo ē ꝯsecutio vltimi finis. ꝯsecutō aūt finis nō ꝯsistit i actu volūtatis. volūtas ei fertr i finē etiā absentē cū ipm desiderat ⁊ i pn̄tē: cū i ipo qescēs delectatr. manifestū ē aūt q ipm desideriū finis nō ē ꝯsecutio finis: sȝ ē motꝰ ad finē. delectatio aūt aduenit voluntati ex hͦ q finis ē pn̄s voluntati. Hec de Thoma.

Corruptorium

Tria hic dicit vel dubia vel simplr falsa. pmū ē q delectatio adiūcta btitudini ē accn̄s btitudis ⁊ nō de ēēntia btitudis. Scdm q act⁹ volūtatis n̄ ptinet ēēntialr ad btitudinē. Terciū n̄ dicit hͦ expsse sȝ ex arg. qd facit sb his vbis pȝ q hͦ itēdit. s. q delectatō ꝯcōitātr visiōz diuie ēēntie, q̄ ē act⁹ volūtatis. ⁊ hͦ expsse dic. q. 4. ar. ij. i m. pn. sb his vbis. oportȝ q opatio itellect⁹ q̄ ē visio sit potior delcatōe delectatio ei ꝯsistit i q̄dā ꝯmētatō e volūtatis. Primū igitr q delcātio ē accn̄s btitudis ⁊ n̄ ēēntial' ei: erit dubiū vel simplr falsū. Dicit 1
em̄ Aug. x. ꝯfes. loqns ad deū. Btā ē vita 2
gaudere de te. ppr te. ipa ē ⁊ nō ē altera. Et idē. Btā vita ē gaudiū de vitate. Ex his verbis Aug. pȝ. q gaudiū ē ēēntialr btitudo vel aliqd de ēēntia ei⁹. Et si gaudiū vtiq̄ȝ ⁊ delectatio. q2 delectatio ē gen⁹. ⁊ gaudiū spēs eius. sicut dicit Auicēna .vj. naturaliū. pte
iiij. ca. v. ¶ Ad idē facit auctas phi. viij. eth. 3
ca. viij. ⁊ ꝯmē. ibidē. Dicit em̄ phus. Cōtinue aūt null⁹ sustineret neq̄ȝ ipm bonū si triste ipsi ineēt. ibi ꝯmē. ipm bonū qd aliud ē q̄ȝ felicitas: qd ē impossibile triste eē. Sȝ ex suppōe Arist. dicit. Si tristē felicitas faceret vitā: null⁹ vtiq̄ȝ vellet felix eē. Hec ꝯmē. ⁊ ꝯstat q illud ē de ēēntia btitudinis sine q̄ btitudo nō pōt appeti vel nō ē appetibilis. Scdm qd dicit. s. q act⁹ volūtatis nō ē de ēēntia btitudis. falsū videtr. Cōstat em̄ q btitu
do ē sūmū bonuȝ rational' creature. ergo ne- 4
cesse ē q btitudo eiq̄ ꝯsistit i actu q ꝯsistat i actu eiusdē potētie. i cui⁹ actu ꝯsistit ēēntialr rōnal' creature bonitas. sȝ hͦ est i actu vo

lūtatis.q2 ī delectatōe pfecta.ergo ī actu volun
taris q̄ ē delectatio pfecta eēntialiť ⁊ pncipa
2 liť ꝯsistit ipa btitudo. ¶ Itē ꝯstat ꝙ rōnalis
creatura sūme dȝ appetere qđ de⁹ sūme expe
tit ab ipa ⁊ magis qđ magis.sȝ a rōnali crea/
tura magis expetit amari pfecte q̄ȝ videri.⁊
hoc magis approbat ī creatura taȝ ī pria q̄ȝ in
via.ergo rōnalis creatura hoc magis dȝ appetere
⁊ hoc faciēdo magis q̄ētari.⁊ talis act⁹ eēntia
lis ē:imo eēntialissim⁹ btitudini.⁊ cōstat ꝙ
3 ipa ē act⁹ volūtatis. ¶ Itē Aug.in li.j.de doc.
xpiana.Dicimur inq̄t ea re frui quā diligi/
m⁹ pter se.⁊ ea re fruendū ē nobis q̄ effici/
mur beati.ex q̄ pȝ ꝙ fruitōe ⁊ delectatōe qui
4 sunt act⁹ volūtatis sum⁹ bti. ¶ Itē Aug.ij.
sup Geñ.ad lraȝ.loq̄ns de statu patrie. Ui
ta ē inq̄t ⁊ tota virtus videre qđ amas:⁊ sū/
ma felicitas ē hr̄e qđ amas.sȝ dñs pus ha
beť p amorē q̄ȝ p cognitōȝ.ergo eēntia btitudi/
nis magis ē ī amore q̄ ē act⁹ volūtatis:q̄ȝ in
videre vel cognoscere qđ ē act⁹ itellect⁹. Itē
Hugo ī hierar.ang.loq̄ns de btitudine pa
trie dicit. Ibi cognitio illumiat ⁊ delectatio
satiat. Et ibidē in eodē loco. Dilectio supe/
minet sciē.⁊ melior ē q̄ȝ intelligentia:pl⁹ em̄
diligiť de⁹ q̄ȝ intelligat.sȝ in actu supeminēti
⁊ meliori ē btitudo.ergo ē in amore q̄ ē act⁹ vo
lūtatis. ¶ Terciū qđ dicit.ꝙ delectatio ꝯco/
mitās visiōȝ diuine eēntie ē act⁹ voluntatis
dicim⁹ hoc esse falsuȝ.q2 delectatio ꝯcomitās
actū alicui⁹ potētie nō īpedire ē in eadē po/
tētia in q̄ ē ipa opatio.delectatio em̄ q̄ ē ī vi
dēdo pulcra et delectabilia ē in oculis.teste
Eccl.xj. Dulce lumē ⁊ delectabile oculis vi/
dere solē.nō dicit delectabile volūtati.⁊ tm̄
ponim⁹ ꝙ si volūtas appetit videre solē.ꝙ
vidēdo p oculos delectať alia delectatōe.q2
impleť appetit⁹ eius. Ad hoc aūt ꝙ opatio
⁊ ꝯcomitās delectatio sint in eadē potentia
facit dictū Auicē.j.li.canonis.ca.vl. Dele
ctabile ē inq̄t sentire cōueniēs. Et in meth.
sua.lectōe.iij.ca.vl. Scias inq̄t ꝙ delecta/
tio vniuscuiusq̄ȝ virtutis ē plena acq̄sitio sue
pfectōis.⁊ iō sensui sensata ꝯueniētia.⁊ ire
vīdicta.⁊ spei ꝯsecutio.⁊ vnicuiq̄ȝ rei id qđ
ē ppriū sibi. ¶ Itē Algazel meth.sue.c.xiij.
Delectatio ē pceptio rei cōuenientis.dolor
aūt ē pceptio rei nociue.vñ absq̄ȝ dubio de
lectatio ꝯcomitās dei visionē manifestantē
ī intellectu.⁊ delectatio ꝯcomitās dei dilecti
onē est in volūtate. ¶ Ad rōem suā rñden/
dū est cū dicit vt p̄tactū est.ꝙ beatitudo est
ꝯsecutio finis vltimi.qđ nō attingit volun
tas vel act⁹ ei⁹ q̄ est desideriū vel delectatō ⁊c̄.
¶ Dicendū ꝙ pmū vez ē.s.ꝙ btitudo est cō
secutio vltimi finis. Sȝ scđm falsum ē.s.ꝙ
hūc nō attingit voluntas.q2 licet nō attin
gat vel assequať eū p desideriū vel p delecta
tionē assequiť tm̄ hunc finē p actū volūtatis
q̄ est diligere.vt visum ē supra.de quo actu
tacet quasi nō esset alius actus in volunta
te q̄ȝ desideriū vel delectatio:quod falsum ē
Q2 em̄ diligere sit alius actus q̄ȝ desiderare
vel delectari pȝ. q2 desideriū in eo ꝙ hmōi ē
rei absentis vel p̄sentis.nō scđm ꝙ p̄sens ē: sȝ
aliquo mō vt futura est ad vsum vel fruiti
onē. Delectatio aūt p̄cipue rei spūalis ē po
tissime vt p̄sens ē ⁊ vt habita. Dilectio au
tem est cā delectatōis ⁊ desiderij.cā aūt nō ē
effectus.ergo dilectio nō est desideriū vel dele
ctatio.est tm̄ act⁹ voluntatis.delectatio aūt
nō est pprie act⁹ volūtatis:sȝ accidēs ꝯcomi
tās act⁹ cuiuslibet potētie ⁊ virtutis circa ppri/
um obiectū. ¶ Ad illud dictū ī Johe.xvij.
Hec ē vita eťna vt cognoscāt te ⁊c̄.dōm.ꝙ
dñs cognitōi vitā eťnā tribuit.nō q2 ī cog/
nitōe ꝯsummať sȝ inchoať.q2 nō amať nisi
cognitū. Attribuit etiā poti⁹ cognitōi q̄ȝ amo
ri.q2 visio eēntie diuine distinguit magis sta
tū vie a statu patrie q̄ȝ dilectio.q2 nō videť
ī sua eēntia nisi ī patria. In via aūt ferť di/
lectio ī diuinā essentiam.⁊ etiā ī patria.sed
hmōi nō est nisi inchoatio in via ⁊ cōsum/
matio in patria.

Responsio ad hec

scđm Tho. Qualiť btitudo creata pncipaliť
⁊ eēntialiť ptineat ad actū intellect⁹.⁊ q̄liť
obiecta q̄ fiūt ī ꝯtrariū solui debeāt:luce cla
ri⁹ declarat Tho. cōtra gētiles.li.iij.c.xxiij.
p totū.vñ ista q̄ dicūt hic:ibi totaliť annul
lanť:si dicta Tho.dictis eoz applicenť. Au
ctoritates vero q̄s p se adducūt:si recte itelli
ganť nihil p ipsis faciunt. ¶ Prima em̄ au
ctoritas Aug.q̄ diciť deo de vita btā. Btā Ad 1
vita ē gaudere de te ppter te. ¶ Et siliť scđa.
Btitudo ē gaudiū de veritate.sic hȝ intelligi Ad 2
ꝙ ipaȝ visionē dei p eēntiā in qua ꝯsistit ipa
eēntia btitudinis.ꝯcomitať summū gaudi
um ex illa visione dei siue pme veritatis pue
niēs. Et q2 ī p̄nti possum⁹ aliq̄ mō ī ipaȝ di
uinā eēntiā ferri p amorē.⁊ ď ipa gaudeť ac
delectari ppť se. Et ī visiōȝ diuine eēntie in
tuitū intellect⁹ nr̄i ferre nō possum⁹ ī p̄senti.
Hinc ē ꝙ gaudiū hmōi ď deo ppť deū quod

essentiā btitudinis ꝯcomitaꝛ: magis est no
bis notū q̄ȝ visio dei p essentiā: i qua ipsa es/
sentia btitudīs ꝯsistit. ꝓpͤ qḋ ipsa btitudo
satis ꝯgrue i p̄dictis v̄bis Aug. describiꝛ no
bis p illud gaudiū tāq̄ȝ p q̄ddā nobis ma/
gis notū: sic qn̄ natura rei i ēētia nos latȝ
vl' nō satis pȝ describim⁹ ipāȝ p ꝓprietates ip
saȝ ꝯn̄tes nobis mag̃ notas. sic si dicā. Ig
nis ē sūme calid⁹. vel adamas ē ferri attra/
ctiu⁹. sic certe describit Aug. naturā btitudi
nis miu⁹ notā. (Oculus ei̅ nō vidit de⁹ absq̄ȝ
te ꝛc̄.) p delectatōȝ ex visiōe ꝓueniētē nob̄ no
tiorē. Sȝ alibi diffiuit eā p id qḋ ei ēētia
le dicēs. q visio ē tota merces. qḋ diffiuitō
ni ꝯsonat ipsi⁹ v̄itatis dictis Joh. xvij. hec
ē vita eťna vt cognoscāt ꝛc̄. qḋ attēdēs illa
btā aq̄la Joh. s. euāgelista. i. j. canōica sua
ca. iij. Scim⁹ qm̄ cū apparuerit silēs ei eri/
Ad 3 mus. qm̄ videbimus eū sicuti ē. ¶ Ex dicto
aūt ph̄i ꝛ sui ꝯmē. viij. eth̄. nō pl⁹ pt ꝯcludi
nisi q delectatio nccio ꝯsequiꝛ ꝯsecutōȝ bti/
tudīs siue vltimi finis. nō q sit de ei⁹ ēētia
Sic h̄ꝫ tres angulos nccio ē ꝯn̄s eē ipsius
triāguli. q̄uis nō sit ḋ ei⁹ ēētia. vn̄ sicut nō
ē possibile q eēt triangul⁹ ꝛ nō h̄ꝫet tres āgu
los: ita nō essȝ bonū finale vel felicitas ꝫm
ph̄m ꝛ ꝯmē. ad cui⁹ ꝯsecutionē nō delectatō
sed tristicia seq̄reꝛ. Est igiꝛ btitudo appeti/
bilis absq̄ȝ eo q delectatio infra suā essentiā
icludaꝛ. q̄uis nccē sit q delectatio ei⁹ assecu/
tionē ꝯsequaꝛ. sicut ad esse subiecti nccio se
quiꝛ ei⁹ passio: q̄ tn̄ nō ē de ei⁹ ēētia: sic pȝ i
exemplo tacto. Primū igiꝛ qḋ dicit Tho.
scȝ q delectatio nō ē de ēētia btitudinis. qḋ
nituꝛ iprobaꝛ. Ex dictis tho hic ꝛ alibi eui
dētissime declaraꝛ. Nulli⁹ ei̅ potētie act⁹ est
p̄mū ac p̄ncipale obiectū ei⁹. Cū igiꝛ btitu/
do i aliq̄ actu ꝯsistēs sit obiectū p̄muȝ ꝛ p̄n
cipale ipsi⁹ volūtatis inť oia creata: ipossi/
bile ē q act⁹ ille siue illa btitudo sit act⁹ vo/
lūtatis. Licȝ ei̅ ponaꝛ q act⁹ dilectiōis in
patria q̄ ē act⁹ ipsi⁹ volūtatis sit eq̄ bon⁹ vel
etiā melior: nō tn̄ pōt ptinere ad ēētiā bti
tudīs: q̄ ꝯsistit i actu: q̄ ē obiectū ipsi⁹ p̄mū
vt dictu ē. ¶ Alie sunt rōnes satis efficaces
ad idē ꝯ gētiles. li. iij. ca. xxvj. vbi rn̄deꝛ ad
Ad 1 illud qḋ isti p̄mo obijciūt i ꝓposito sic. Nō
opꝫ q omē illud q̄ res pficiꝛ q̄cūq̄ȝ mō sit
finis ei⁹. Est ei̅ aliq̄d pfectio alteri⁹ dupl'r
Uno mō vt habētis spēm. Alio mō vt ad
habēdā spēm. sicut pfectio domus ꝫm q iaȝ
hȝ spēm ē id ad qḋ spēs ordinaꝛ vt est habi
tatio. Nō ei̅ dom⁹ fieret nisi ꝓpͤ hoc. vn̄ ꝛ
i diffinitōe dom⁹ opꝫ hoc pōni: si debeat eē
diffinitio pfecta. pfectio aūt ad spēm dom⁹
habēdā ē tā illud qḋ ordinaꝛ ad spēm ꝯsti
tuēdā sic p̄ncipia sbalia ipsi⁹ q̄ȝ illud qḋ or
dinaꝛ ad spēi ꝯseruatōȝ. q̄ȝ etiā illa q̄ faciūt
ad ipsi⁹ pulcritudinē. Illud igiꝛ qḋ ē pfectō
rei ꝫm q iā hȝ spēm ē finis ei⁹. vt habitatō
ē finis dom⁹. sil'r q̄libet opatio cuiuslibet rei:
q̄ ē quasi ei⁹ vsus ē finis ei⁹. que aūt sunt p/
fectōes ad spēm rei nō sunt finis ei⁹. sȝ res ē
finis ipaꝝ. Materia ei̅ ꝛ forma sunt ꝓpͤ spe
ciē. licet ei̅ forma sit finis generatōis. non
tn̄ ē finis generati et spēm h̄ntis. imo ad h̄
q̄riꝛ forma vt spēs sit ꝯpleta. Sil'r ꝯseruan
tia rei i sua spē: vt sanitas ꝛ vis nutritiua: lȝ
pficiāt aial. nō tn̄ sunt finis aialis: sed ma
gis ecōuerso. Ea etiā quib⁹ aptaꝛ res ad ꝓ
prias opatōes spēi pficiēdas. ꝛ ad debitū fi
nē ꝯgruenti⁹ ꝯsequēdū nō sunt finis rei sed
magis ecōuerso: sicut pulcritudo hōis ꝛ ro/
bur corpis ꝛ alia h̄moi. de q̄b⁹ ḋr. j. eth̄. q de
seruiūt organice felicitati. Delectatio aūt ē
pfectio opatōis. nō ita q ad ipam ordineꝛ
opatio ꝫm suā spēȝ. sed ordinaꝛ ad alios fi/
nes. sicut comestio ꝫm suā spēm ordinaꝛ ad
ꝯseruationē indiuidui: sed ē silis pfectiōi q̄
ordinaꝛ ad spēm rei. nā ꝓpter delectatōȝ at
tēti⁹ ꝛ diuti⁹ insistim⁹ opatiōi i qua delecta
mur. Un̄ in. x. eth̄. ph̄s dicit. q delectatio p
ficit opatōȝ sic decor iuuētutē. q̄. s. decor ē ꝓ/
pter eū cui inest iuuētus: ꝛ nō ecōuerso. Bo
nitas ḡ creature rōnalis ꝯsistit i delectatōe
pfecta tāq̄ȝ in eo qḋ ordinaꝛ ad ei⁹ opatōeȝ
nobilissimā visionē. s. diuine ēētie: quā de
lectatio ipa ꝯcomitaꝛ. Et ex h̄ nō pt ꝯcludi
q ista debeat dici finis: sȝ illa opatio bn̄di/
cta. ¶ Si tn̄ velit dicere q bonitas creature Ad 2
rōnalis ꝯsistat i delectatōe pfecta. ꝫm q p̄tē
dit scḋa rō: tūc ad istā rōeȝ p̄mā ꝛ scḋaȝ rn̄/
deam⁹ eodē mō. videlȝ q q̄uis delectatō p
fecta ptineat ad bonitatē creature rōnal'. p/
ut ḋr i arg. ꝛ illud etiā sit q de⁹ magꝭ expetit
a creatura rōnali. nō tn̄ pt h̄ꝫe rōeȝ finis vl
timi ꝛ btitudīs ꝓpͤ rationē p̄tactā. nō ei pt
eē p̄mū obiectū volūtatꝭ. qḋ ptinet ad rōeȝ
btitudīs: cū sit act⁹ ei⁹ p quē tali obiecto co
pulaꝛ. Illud tn̄ qḋ de⁹ maxie expetit a crea
tura rōnali. q. s. ipm diligat: hȝ intelligi in
via ꝛ sub rōne meriti. p hoc ei̅ q p̄ceptum
dei implem⁹ de dilectōe: vt nob̄ possibile ē i
via. qḋ ipē p merito vite eťne (q̄ ꝯsistit i dei
visione) a nobis expetit: ꝯseq̄mur visioneȝ
dei in patria. Expetit ḡ deus dilectionē sui a

creatura tã͂ id ꝑ qd̓ ad suũ finẽ: diuinã. s. eẽntiã attingat: nõ ꝙ ipa dilectio rationẽ fi
Ad 3 nis hẽat. ¶ Ad. iij. dicẽdũ ẽ: ꝙ ſm Aug. ea re fruẽdũ ẽ q̃ efficimur bti. nõ tñ sequit̃ ꝙ be atitudo ꝯsistat i fruitõe: sed i eo ex q̃ causat̃ ista fruitio. ⁊ hoc ẽ act⁹ visionis eẽntie diui
Ad 4 ne. ¶ Ad. iiij. dd̓m. ꝙ illud verbũ Aug. qd̓ adducũt ꝯ Tho. facit ꝓ eo. Ait ei. Sũma felicitas ẽ hr̃e qd̓ amas. hr̃e em̃ nõ ẽ amare. amat̃ em̃ res añq̃ habeat̃. Ex amore em̃ ẽ qd̓ nõ habitũ desiderio q̃rat̃. ⁊ si amor iam habiti ꝑfectior sit ex hoc ꝙ bonũ amatũ habet̃. aliud igit̃ ẽ hr̃e bonũ qd̓ ẽ finis q̃ amare. qd̓. s. amare añ hr̃e ẽ impfectũ: post hr̃e ẽ ꝑfectũ. Hr̃e igit̃ qd̓ amas i patria ẽ videre deũ ꝑ eẽntiã quẽ summe amas ibidẽ. Illud em̃ hr̃e cũ p̃cedat istũ amorẽ summũ sic pʒ ex dictis. ⁊ sit ei⁹ cã: necesse ẽ ꝙ ꝑtineat ad actũ illi⁹ visionis btẽ. ⁊ nõ ad actũ dilectõis vel amoris. Et ꝙ illi dicũt ꝙ de⁹ habet̃ poti⁹ ꝑ amorẽ q̃ ꝑ cognitõʒ. hoc ꝓ tãto hʒ ṽitatẽ in statu vie: ꝙ hr̃e deũ ꝑ gram inhabitantẽ in via: sp̃ actũ gratuiti amoris ꝯcomitat̃ ⁊ nõ sp̃ actũ cognitõis. q2 habet̃ fidei cognitio q̃nq̃ sine gra q̃n fides ẽ iformis. Sed i patria vbi deũ videbim⁹ ꝑ eẽntiã actu cognitõis ꝑfecte hẽbit̃ app̄hẽsus. ⁊ eoip̄o reuera ip̄m sic habitũ ⁊ app̄hẽsum summe amabim⁹. ¶ Ad minorẽ dicẽdũ. ꝙ ĩ statu vie deus plus diligit̃ q̃ intelligat̃. Et hui⁹ rõ ẽ. q2 in p̃nti nõ intelligit̃ deus nisi ꝑ speculuʒ ⁊ in enygmate ꝑ cognitõʒ creaturaꝝ siue ꝑ creaturas. q̃ quidẽ cognitio dei in rõne sua quãdã impfectõʒ includit. tñ ip̄m deũ sic impfecte cognitũ ꝑ aliud: possum⁹ ꝑ se diligere: ⁊ nõ ꝑ aliud. ⁊ ꝑ ꝯñs nec ꝓpt̃ aliquid aliud. vñ ista dilectio dei i rõe sua ipfectõʒ ñ icludit. Q, aũt dilectõ nõ ẽ ꝑfecta i via: accidit aliũde: videlʒ q2 vel ꝯcupia ẽ in mẽbris q̃ mẽtẽ retrahit ne possit deũ toto affectu diligere. qd̓ ẽ toto corde ſm Aug. vel poti⁹ ideo nõ ẽ adeo ꝑfecta in via: etiã circũscp̄ta omĩ cõcupia sicut ĩ patria ꝓpter diuine cognitionis impfectõʒ cui initit̃. nihil em̃ nisi cognitũ diligit̃. q̃n igit̃ dilectio q̃ ẽ de sua rõe ꝑfecta (ꝓpter qd̓ ſm aplm charitas nũq̃ ex-
1. Cor. 13 cidit) innitit̃ ꝑfecte cognitõi diuine ꝑ essentiã. tũc reuera habebit ꝑfectionẽ cõsummatã. quã cognitionẽ nõ habem⁹ in via sʒ solũ ĩ patria. ¶ Qd̓ aũt dicit Hugo. ꝙ dilectio supeminet sciẽ ⁊ ẽ melior. sic hʒ intelligi ſm doctrinã Tho. in m̃. quarti argu. hui⁹ arti. ꝙ dilectio supeminet cognitõi ĩ mouẽdo. sʒ cognitio supeminet dilectõi in attingendo. nõ em̃ diligit̃ nisi cognitũ: vt dicit Aug. viij de trini. ⁊ ideo intelligibilẽ finẽ p̄mo attigemus ꝑ actionẽ intellect⁹: ip̄m. s. finẽ ꝑ suam eẽntiã app̄hẽdentis multo nobili⁹ q̃ finem sensibilẽ ꝑ actionẽ sensus app̄hẽdẽtis ip̄m solũ ꝑ suã spẽm. vñ cõsecutio finis intelligibilis intellecti ꝑ suã essentiã ꝯsummat̃ ꝑfectissime i actõe ipsi⁹ intellect⁹ sic intelligentis. ꝓpter qd̓ ip̄a eẽntia btĩtudinis create ĩ ei⁹ actõe ꝯsistit. ¶ Q, aũt tertiũ dicũt eẽ falsum. s. delectatiõʒ actũ cognitiõis vl̓ visiõis ꝯcomitãtẽ esse actũ volũtatis: videt̃ fũdari sup mentẽ b. Aug. Docet em̃ ip̄e de tri. li. xj. ꝙ in visione tã interiori q̃ exteriori: ip̄a volũtas copulat ⁊ tenet aciẽ vel actũ ṽtutis visiue cũ spẽ rei vise q̃ videt̃. De visu em̃ exteriori dicit sic ibidẽ ca. vij. Volũtas animi rei sensibili sensuʒ admouet. ⁊ in eã ip̄am visionẽ tenet. Et p⁹ pauca. Volũtas em̃ tantã vim hʒ copulãdi hec duo; vt ⁊ sensum formãdũ admoueat ei rei que cernit̃: ⁊ ĩ ea formatuʒ teneat. De visione aũt interiori sic ait infra ca. ix. Ita fit illa trinitas ex memoria ⁊ intima visione: ⁊ q̃ vtrũq̃ copulat volũtate. Si igit̃ illud cuʒ quo fit illa copula fuerit. ꝯueniẽs orit̃ delectatio si discõueniẽs tristicia ⁊ dolor. Delectatio igit̃ inuẽta in actõne potẽtie visiue seu cognitiue cuiuscunq̃. q̃m eadẽ rõ ẽ: ad volũtatẽ ꝑtinet. sicut pʒ ex ista doctrina. b. Aug. Istud etiã pʒ manifeste ꝑ hoc. ꝙ idẽ est p̄ncipiũ mot⁹ ⁊ q̃etis ip̄sum terminãtis. sicut pʒ. q̃m graue vel leue ꝑ idẽ p̄ncipiũ mouet̃ ad suũ vbi. ⁊ in eodẽ q̃escit. Cũ igit̃ desideriuʒ quo q̃s videre desideat aliq̃d: sit mot⁹ cui⁹ p̄ncipiũ sit voluntas manifestũ ẽ ꝙ ip̄a volũtas eiit p̄ncipiũ delectatõnis ꝯcomitãtis actũ visionis. cũ delectatio sit q̃dã quietatio: in quã p̄cedẽs desiderij mot⁹ terminat̃ Istud igit̃ negare erit signũ ignorãtie. ¶ Ad p̄mũ cũ dicũt. ꝙ quelibet potẽtia delectat̃ in actu circa obiectũ sibi ꝯueniẽs. put dr̃. Dulce lumen ⁊ delectabile oculis videre solẽ ¶ Dicendũ ꝙ ista delectatio dr̃ ad actũ aliaꝝ potẽtiaꝝ app̄hẽsiuarũ ꝑtinere. ꝓpt̃ h̃ ꝙ orit̃ ⁊ causat̃ mediãte actõe potẽtiaꝝ app̄hẽsiuaꝝ. ⁊ vt dictũ ẽ: ip̄aʒ cõcomitat̃ ex app̄hẽsiõe obiecti ꝯuenientis. non ꝙ ab ipsis potẽtijs cognitiuis ꝑ se eliciat̃. h̃ em̃ nõ ẽ intelligibile. sicut potentia cognitiua nõ mouet̃ motu desiderij sue ꝑfectiõis ꝑ se. sed ꝑ volũtatẽ. sic pʒ ꝑ ṽba aug. p̄acta sic nec tenet̃ nec q̃etat̃ i sua actõe vel ꝑfectu

one q̄d ē delectari: nisi ꝑ actū volūtat̾. vt pꝫ
ex ꝟbis ꝑus habitis. ¶ Ad scđm dđm. ꝙ de
lectatio ē ſm Auicē. sentire ꝯueniens. nō ꝙ
ip̄a delectatio sit actꝰ ꝑ se a sensu eliciť: sꝫ ꝑ
tāto delectatio sentire ꝯueniēs đr. q̄ꝛ ipsum
ꝯcomitat̾ ⁊ ab ip̄o causat̾: sicꝫ pꝫ ex dict̾. Di
cit em̄ Auicē. ꝙ delectatio cuiuscūqꝫ ꝟturis ē
acq̄sitio sue ꝑfectōis rōne cālitatis ⁊ conco
mitātie p̄dicte. ꝑfectio em̄ potētie cuiuslibꝫ
ē sua ꝓpria opatio. ex cuiꝰ acq̄sitōe acq̄rit̾ vl̾
oꝛit̾ delectatio. ⁊ ip̄am vt dictū ē cōcomitat̾.
¶ Ad. iij. pꝫ ꝑ idē. Q, em̄ dicit Algazel. ꝙ
delectatio đr ꝑceptio rei cōuenientis: eo mō
hꝫ intelligi quo prius. nō ꝙ ꝑceptio ip̄a sit
delectatio ip̄a formalit̾: sꝫ vt tactū ē causalit̾
q̄ꝛ ꝑ actū ꝑceptōnis ipsiꝰ apphēsiue causat̾
delectatio q̄ ē actꝰ ipsiꝰ motiue. Vn̄ sine du/
bio nullo mō ꝯcludi pōt ex ist̾ q̄ adducūt
ꝙ delectatio cōcomitās visionē dei sit i intel
lectu tanq̄ꝫ ab ip̄o eliciť: imo a volūtate po
tius. Ex hoc em̄ ꝙ illa res summe dilecta vi
debit̾ sicut ē: summa q̄dā delectatio ⁊ vnica
ꝑfectissima oꝛit̾. Nec đꝫ dici ꝙ vna conco
mitat̾ actū cognitōis ⁊ actū dilectōis alia.
hoc em̄ ex falso intellectu ꝓcedit eoꝝ q̄ nō
attēdūt ꝙ actꝰ potētie cognitiue et affectiue
sunt ꝯnexi. ita ꝙ actꝰ ipsiꝰ affectiue siue vo/
lūtatis causat̾ ab actu intellectiue. vn̄ dele
ctatio q̄ causat̾ ex dei visione ē ipsiꝰ volunta
tis. ¶ Qđ isti dicūt r̄ndēdo ad argumentū
Thome. ꝙ volūtas attingit vltimū finē ꝑ
actū dilectōis. quē Tho. arguēdo omittit
q̄si nō esset. Salua pace eoꝝ nō dicūt veꝝ
Nō em̄ intēdit Tho. ꝙ actꝰ dilectōis non
sit: vel ꝙ sit omino indm̄s a desiderio ⁊ dele
ctatōne. Et iō ꝓbat ꝯtra gētiles li. iij. ca. xx
xiij. ꝙ nec i amare nec i desiderare nec in dele
ctari pt̄ ꝯsistere eēntia btitudis. De deside/
rio planū ē ⁊ de delectatōne sil̾r ex his q̄ dicit
hic ⁊ ibi. De ip̄o aūt actu dilectōis q̄ volū/
tas (vt dicūt) vltimū finē attingit: sciēdū. ꝙ
licet ip̄a volūtas ꝑ actū dilectōnis ipsi fini
copulet̾ ⁊ ꝯiūgat̾. Attingit̾ tn̄ ⁊ habet̾ finis
ꝑ actū cognitōis. ⁊ ꝑ hoc volūtas ipsi fini
habito ⁊ ꝯsecuto copulat̾ actu amoris sum
mo. vn̄ i actu cognitōis sicut finē attingēte
i assequēdo ꝯsistit eēntia btitudinis. Actus
etiā dilectōis q̄ ē actꝰ volūtatis ipsiꝰ: nō pt̄
eē ꝑmū obiectū eiusdē. ⁊ ꝑ ꝯn̄s (vt pꝫ ex di/
ctis) nō pt̄ i eo poni btitudo q̄ꝛtū ad suā eēn
tiā. ¶ Qđ ꝟo dicūt ꝯñter. ꝙ delectatio nō ē
actꝰ volūtatis ꝓpriꝰ: planū ē ex dictis ꝙ fal
sum dicūt. imo ē actꝰ volūtatis ꝓueniēs ex
hoc ꝙ potētia apphēsiua actu sibi ꝯueniēte
ꝑficit̾. vn̄ ē actꝰ volūtatis: vtpote ab ip̄a eli
citꝰ. Et đꝛ esse aliaꝝ potētiaꝝ: quarū actus
(vt dictū ē) ꝯcomitat̾. ¶ Et qđ dicūt ad illđ
ꝙ Tho. adducit de Johe. xvij. Hec est vita
eťna ⁊c̄. ꝙ dn̄s attribuit vitā eternā cogniti
oni. q̄ꝛ in cognitōe btitudo inchoat̾ vel ini
tiat̾. q̄ quidē cognitio dei ꝑ essentiam distin
guit statū vie a statu patrie. si bn̄ ꝑtractet̾:
nō soluit argu. Tho. sed magis ꝯcludit eiꝰ
ꝓpositū. Id em̄ potiꝰ đꝛ de eēntia rei ip̄aꝫ rē
i spē ꝯstituēs: ꝑ qđ ab alijs distinguit̾: q̄ꝫ il
lđ qđ n̄ ē hmōi. sꝫ tūc habet̾ btitudo qn̄ ha
bet̾ actꝰ visiōis diuine eēntie. ⁊ nō opꝫ ꝙ
habeat̾ btitudo qn̄ hꝫ actꝰ dilectōis eiusdē.
Fert̾ em̄ dilectōis actus i diuinā eēntiā: eti
am i via: vt pꝫ ex dictis ꝑus. ⁊ isti h̄ volūt:
⁊ dicūt hoc. Ex hoc manifestū ē ꝙ actꝰ dile
ctōis nō ē ip̄a eēntia btitudis. Sic em̄ ipsa
habita haberet̾ vita eťna. Sed actꝰ cogni/
tōis dei ꝑ eēntiā sic btitudinē initiat: vt i eo
finē vltimū itelligibileꝫ ꝑfectissime i pꝛia at
tingēdo ⁊ ꝯn̄do eťna vita ꝯsistat. hec ē eī vi Jo. 17.
ta eťna vt cogn̄scāt ⁊c̄. quā cognitōꝫ ac dile/
ctōꝫ ꝯsummatā nob̄ ꝯcedat ih̄s xp̄s amē.

Rticulus secū

a dus de h̄ ꝙ Tho. dicit itellectū esse
altiorē potētiā volūtate. nā. q. iij.
ar. v. i ℞. q. dicit. ꝙ intellectꝰ ē optia potētia

Corruptorium

Dicimꝰ ꝙ si intellectꝰ dicat̾ optia potētia. i.
valde bona: dicimꝰ qđ verū ē. nec obstat ꝙ
volūtas ē melioꝛ vel eq̄ bona. Si aūt dica
tur ꝙ sit optia. i. bona sup oēs potentias: sic
dicimꝰ qđ falsum ē. Qđ pꝫ ex q̄ttuoꝛ. ex mu
tua opatōe. ex obiectis. actibꝫ ⁊ habitibus
Primo mō. q̄ꝛ nobilioꝛ potētia ē voluntas 1
tū q̄ꝛ impat omibꝫ ⁊ libera ē: ⁊ dn̄a sui actꝰ
⁊ aliaꝝ potētiaꝝ. vt dicit Ansel. de ꝯceptu
ꝟginali. Tū q̄ꝛ rō deseruit sibi. s. volūtati vt
comes ⁊ pedisseq̄. vt dicit Ber. de gr̄a ⁊ li. ar
bi. c. xiij. ¶ Scđo mō pꝫ. q̄ꝛ obiectū volun 2
tatis ē bonū sub rōe boni. obiectū aūt intel
lectꝰ ē veꝝ vel bonū sub rōe veri. nobiliꝰ aūt
ē bonū sub rōe boni q̄ꝫ bonū sub rōe veri. igit̾
⁊c̄. ¶ Tertiū pꝫ. q̄ꝛ nobilioꝛ actꝰ ē deū vltimū 3
finē diligere ꝑfecte q̄ꝫ ꝑfecte cognoscer̄. q̄ꝛ il
lud scđꝫ ē oꝛdiatū ad ꝑmū. sꝫ diligere ē actꝰ
volūtat̾. ¶ Quartū pꝫ. q̄ꝛ volūtas ꝑficit̾ hi 4
tu charitat̾ q̄ ē hitꝰ nobilioꝛ. j. Coꝛ. xiij. ma

5 ior aūt hoꝝ ē charitas. ¶ P̄.itellect⁹ p̄t cogi
nō aūt volūtas. ⁊ ita altioꝛ potētia ē volun
tas q̄ʒ itellect⁹ ¶ Itē i eadē r̄n̄siōe s̄bdit. ꝙ vl
tia ⁊ ꝑfecta btitudo q̄ expectat̄ i vita futura
ꝯsistit i dei ꝯtēplatōe. h̄ plane pʒ eē falsuʒ ex
dictis: vbi habet̄ ꝙ plus ꝯsistit i dei ꝯsūma
ta dilectōe. vel dicēdo sic min⁹ dixit.

Responsio ad hec

ſm Tho. Ista q̄ō plane soluta ē ex dict̄. s̄.
ar. 34. p̄me ptis. q̄lit̄ em̄ intellect⁹ ē altioꝛ vo
Ad 1 lūtate: ⁊ q̄liter nō: pʒ ibidē. ¶ Ad. j. igit̄ nūc
breuit̄ dico. ꝙ volūtas mouet vt efficiēs. in
Ad 2 tellect⁹ vt finis. vn̄ simplr̄ ē nobilioꝛ. ¶ Ad
scd̄m dd̄m. ꝙ bonū sub rōne boni ⁊ sub rōe
veri eiusdē nobilitatis ē. Rōes em̄ de eadeʒ
re formate siue concepte: nihil faciūt circa
Ad 3 maiorē vel minorē nobilitatē. ¶ Ad terciuʒ
dd̄m. ꝙ licet respectu alicui⁹ obiecti act⁹ vo
lūtatis sit potioꝛ. nō t̄n simplr̄ loq̄ndo. Sʒ
act⁹ intellect⁹ est altioꝛ ⁊ nobilioꝛ ⁊ absoluti
Ad 4 oꝛ: sicut declarat̄ vbi. s̄. j. pte. q. xxxiiij ¶ Per
idē pʒ r̄n̄sio ad. iiij. Charitas em̄ ordinat
hoiem ad deū. In respectu ṽo ad obiectū vo
Ad 5 lūtas ē altioꝛ. ¶ Ad quītū dd̄m. ꝙ coactō i
tellect⁹ p̄t intelligi duplr̄. vel q̄ʒtū ad exerci
tiū sui act⁹. vel q̄ʒtū ad specificatōʒ sui act⁹
ab obiecto. Primo mō p̄t cogi intellectus a
volūtate: in q̄ʒtū necesse hʒ ad impiū volū
tatis mouētis suū actū exercere Ex h̄ t̄n nō
sequit̄ ꝙ volūtas nobilioꝛ sit intellectu sim
plr̄. sed q̄ ad aliq̄d: in q̄ʒtū. s. mouet. Scd̄o
mō coactōis nō cogit̄ itellect⁹ nisi sibi ꝓpoꝛ
tionet̄ obiectū tale ꝙ nullo mō deficere pos
sit a ṽitate: cuiusmodi sunt nec̄aria. Et tal̄
coactio vel mot⁹ determiat⁹ mag̃ ꝓp̄e ꝯuenit
ipi volūtati. q̄n̄ sibi ꝓpōnit̄ obiectū tale ꝙ i
nullo deficit a bonitate: cuiusmodi est btitu
do. quā nō p̄t volūtas si circa ipaʒ actū suū
exerceat nō velle. ḡ sic̄ ē de itellectu ⁊ volun
tate q̄ ad hoc. nec p ꝯn̄s poterit penes h̄ at
tēdi istaꝝ potentiaꝝ in nobilitate excessus.
Breuiter ista ꝑstrigo. q2 sup̄i⁹ (vt dictū est)
euidēti⁹ sunt declarata. ¶ Q̄d isti dicūt in fi
ne. ꝙ plane falsū ē ꝙ btitudo (ꝓut dic̄ tho.)
ꝯsistat i dei ꝯtēplatōe quā expectam⁹ i pr̄ia:
ex dictis i r̄n̄. ar. primi pʒ. q2 min⁹ ṽacit̄ di
cūt. nec rōes coꝝ vt ibi liq̄t hoc ꝯcludūt.

Articulus tercius

a De h̄ ꝙ dicit Tho. ꝙ rectitudo
volūtatis req̄rit̄ ad btitudinē: vel
āñcedēter ⁊ ꝯcomitāter. vt pʒ. q. iiij. ar. iiij. I
r̄n̄. p̄n. vbi dicit. ꝙ btitudo ꝯsistit i visiōe di
uine eēntie. sed ⁊ rectitudo volūtatis req̄rit̄
ad btitudinē āñcedēter ⁊ ꝯcomitāter.

Corruptorium

Q; āt h̄ sit ipfecte dictū ad min⁹ pʒ ex dict̄;
q2 act⁹ volūtatis ē de eēntia btitudinis.

Responsio ad hec

ſm Tho. Q; aūt sit ꝑfecte dictū q̄d hic di
cit Tho. manifestū ē ex dictis art. j. i r̄n̄. lo
quēdo de eo in quo ipa rō eēntie btitudinis
ꝯsistit: sicut patet ibidē.

Articulus. iiii.

a De h̄ ꝙ dicit Tho. ꝙ aia hoīs hʒ eē
ꝯpositi sepata. Itē. q. iiij. ar. v. i r̄n̄.
ij. ar. dicit. ꝙ aīe hūane remāet eē ꝯpositi p⁹
corp̄is destructōʒ. ⁊ h̄ iō. q2 idē ē esse forme ⁊
⁊ materie. ⁊ hoc d̄r esse ꝯpositi.

Corruptorium

Si hoc verū ē. cū q̄libet forma s̄balis det ali 1
q̄d eē: nō erit alia forma i hoīe q̄ʒ aia. quod
ē erroneū ꝓpter multa ꝯtraria fidei que ex
hoc sequunt̄. vt in p̄mo ostēsuʒ ē. ergo erroꝛ
ē dicere. ꝙ aīe humane remanet esse ꝯposi 2
ti. ¶ P̄. supposito h̄. s. ꝙ illud totalit̄ destruit̄
q̄d ꝑdit suū esse q̄d hʒ. q2 ꝑdere esse suū to
taliter: est destrui plene ⁊ ꝑfecte: ⁊ ecōuerso.
ergo si materia vel corpus hoīs nullū hʒ eē
aliud q̄ʒ aīe intellectiue: materia vel corpus
hoīs i instāti sepatōis aīe ꝑdit om̄e eē. ergo
⁊ destruit̄ totaliter ⁊ ꝑfecte. cui⁹ ꝯtrariū vide
mus. ⁊ est ꝯtra ph̄m p̄mo physicoꝝ qui di
cit. ꝙ materia est ingenita ⁊ incorruptibilis
Si autē dicas ꝙ manet materia vel corp⁹ I. de gen̄.
q2 succedit alia forma dans esse. q2 genera
tio vnius ē corruptio alterius: et ecōuerso.
¶ Cōtra p̄us saltē naturalit̄ ē sepatio forme
que ē aīa q̄ʒ alteri⁹ forme successio vel indu
ctio. ḡ māria vel corp⁹ ꝑdit necessario om̄e
esse. ⁊ destruit̄ cedēs in nihilū. ⁊ ita generatio
erit ex nō esse simpliciter in esse. ⁊ hoc ē crea
ri. igit̄ generatio est creatio. quod ē erroneū.
ergo illud ex q̄ sequit̄. ¶ P̄. videt̄ ꝙ alia for 3
ma de nouo introducat̄ quādo anima sepa
tur p actionē intelligētie: nō p actōʒ corp̄m
celestiū. naʒ videt̄ ꝙ corpora celestia requi
rūt sitū determinatū ⁊ aspectū sup materiā ī

quā agūt ꝛ ſm diuerſitatē ſitus ꝛ aſpectus videm⁹ manifeſte variari oēs actōes illoꝝ corpꝫ. Aliť em̄ generāt ꝛ corrūpūt iſta īferi ora ī eſtate: aliť ī hyeme. Aliť generant. cor rūpūt ꝛ trāſmutāt ea q̄ ſunt ī aere ſub diuo aliť ea q̄ ſunt ſub tecto. Sꝫ nos videm⁹ ꝙ corp⁹ eodē mō ſe hꝫ ī eſtate ꝛ ī hyeme ꝛ omi tpe. ſub tecto ꝛ diuo ꝛ vbiq̄ꝫ poſt aīe ſepatio nē. ergo forma quā tūc habet non ē a corpi bus celeſtib⁹.

Reſponſio ad hec

ſm Tho. Q, nihil fidei ꝯtrariū ſequať ex hoc ꝙ ponitť in hoīe tm̄ vna forma ſubalis q̄ eſt aīa intellectiua. ſ. vt eſtimo ꝓbabiliť eſt de claratū. ¶ Qd̄ ḡ iſti ꝯcludūt ꝓ incōuenienti ī pmo argu. nō ē incōueniens. ꝑter ħ etiā po ſito ꝙ ī hoīe eēnt plures forme ſbales: oporte ret oēs ꝑter vltimā eē maťiales. ꝛ in potētia reſpectu vltime dāt actū ꝛ eē ꝯpletū. vñ cuꝫ vni⁹ entis nō ſit niſi vnū eē: neceſſe ē dicere: ꝙ idē ē eſſe aīe hūane ꝛ toti⁹ ꝯpoſiti. Cū igiť ipa poſt ſepatōꝫ habeat eſſe. manifeſtū ē ꝙ eē toti⁹ ꝯpoſiti remanet ſibi. ¶ Ad ſcd̄m di cēdū. ꝙ ponēdo vnā formā ſbalē ī hoīe: opor tet ꝯcedere ꝙ aīa hoīs ſepata in morte no ua forma inducať ī corpe remanēte: q̄ dat nouū eſſe. ¶ Ad obiectū ṽo in ꝯtrariū dōꝫ. ꝙ in eodē inſtāti ac ſiťē anime ſepatio: ꝛ illi us noue forme inductio: ſic in eodē q̄ corrū piť aer generať aq̄: ꝛ ecōuerſo. vñ nunq̄ꝫ ma teria ē ſine morphea. i. ſine forma ſm p̄hm Et ħ iō. q: ſm modū iſtū generatio vni⁹ eſt alteri⁹ corruptio. ¶ Q, ṽo aīe ſepatio ē ꝓus ſaltē naturaliť: ſi intelligať naturaliť q̄ ad duratōꝫ: falſuꝫ ē ſimplr̄ qd̄ dicūt. Si intel ligať ꝓus naturaliť: eo ꝙ ꝓus ſit in ꝯceptu nro: ſiue ſm rōem. licꝫ ſimul ſit cū noue for me inductōe: ſm rē ꝯcedi poſſꝫ vno mō fa cta ꝯſideratōe ꝛ negādū alio mō facta ꝯſi deratōe. Qñ em̄ ꝯſideram⁹ ꝙ diſpōes ille materie ad formā illā corpis mortui: repu gnāt diſpōib⁹ maťie exn̄tib⁹ ſub forma cor pis viui q̄ aīa ē: ꝓmo ꝯcipim⁹ illaꝝ diſpō nū maťie corruptōꝫ in aīe ſepatōe q̄ꝫ illius noue forme corpis mortui inductōꝫ ī mor te. Qñ ṽo ꝯſideram⁹ ꝙ maťia nullo mō pt eē ſine forma. ꝛ ꝑ ꝯñs nō pōt formā quam habet ꝑdere niſi aliā acquirēdo: ſiue ꝑ hoc ꝙ aliā acq̄rit neceſſario: ꝓus cadit ſm hoc ī cōceptu noſtro noue forme inductio: q̄ꝫ ani me que ipſam ſequiť ſepatio. Simul ergo ſunt ſm duratiōnē anime ſepatio: ꝛ illi⁹ no ue forme inductio. licet vna ſm rōem poſ ſit eſſe por alia. ꝛ ecōuerſo. ſicut pꝫ ex dictꝭ. Argu. ḡ illud ꝯ ſic ſolutū ē. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ nō ſola ṽtus celeſtis agit ad inductōꝫ il li⁹ forme in corpe mortuo de nouo inducte. imo violētia vel infirmitas diſſoluēs nobi lē diſpōeꝫ q̄ ē corpis viui maťia: inducit op poſitū q̄ repugāt nature forme nobilioris. ſ. aīe: q̄ ē forma corpis viui. ꝛ illa eadē diſpō ignobiľ cōgruit. imo ē neceſſitas r̄ſpectu for me vilioris. cuiuſmodi ē illa forma noua ī ſepatōe inducta. q̄ vtiq̄ꝫ ē forma illi⁹ corpis mortui remanētis. iſtud declaratū ē. ſupra. Quia ṽo ſiue quis moriať in eſtate ſiue in hyeme. ſiue ſub diuo: ſiue ſb̄ tecto: ſiue quo cuq̄ꝫ tpe vel loco: ſp inueniť vniformiter ali quid qd̄cūq̄ꝫ ſit illud: nobilē diſpoſitioneꝫ materie ſub forma corpis viui corrūpēs. et oppoſitas diſpōes inducēs vniformiter ꝛ vlr: ſequiť aīe q̄ ē forma corpis viui ſepatio ꝛ illi⁹ noue forme inductio in corpe mortuo licet in acceleratōe ſit dr̄ña ꝑpter hoc ꝙ cō pletio loci vel tpis: pl⁹ vel min⁹ iuuat ſ īpe diat actionē illius ṽtutis: que diſſoluēs ar moniā ꝛ nobilē diſpoſitionē corpis viui: in ducit diſpoſitionē oppoſitā ī eadē maťia cū qua in ipa maťia: induciť neceſſario forma corpis mortui. Si ṽo quis plures formas ſubales ponat: adhuc hꝫ neceſſe ponere ꝙ corpus mortuū nō habet idē eſſe quod cor pus viuū: illud em̄ erat viuere. Nec poteſt eſſe in vno ente niſi vnicū eſſe. Sed planū ē ꝙ corpus mortuū nō habet eſſe quod ē vi uere. ḡ manifeſtū eſt. ꝙ nō habet idē eſſe qd̄ prius: qualitercūq̄ꝫ ſit de forma ſubſtantia li. nihil ē igiť quod adducūt contra Tho. mā in ꝓpoſito.

Ad 1 — Ad 2 — Ad 3

Articulus quin

a tus de ħ qd̄ dicit Tho. ꝙ btitudo nō creſcit corpe reſūpto inteſiue: ſꝫ exteſiue. ¶ Itē. q. iiij. ar. v. in m̄. v. argumēti dicit. ꝙ corpe reſūpto beatitudo creſcit non inteſiue ſed extenſiue.

Correptorium

Qd̄ dicit exteſiue bñ dicit. ꝙ aūt negat in teſiue dicit male. ꝛ cōtra Ber. de diligendo deo. c. xij. loq̄ns em̄ de aīab⁹ exutis: ita dicit Donec mors abſorpta ſit in victoria. Et ſe quiť. non poſſūt anime ſeipſas expoliare ꝙ

toto:ꝛ trāſire i deū viuū:ligare corꝑibꝫ etiā
tūc ꝛ nūc retrahēte affectu naturali ita vt ſint
his neqꝫ velint neqꝫ valeāt ꝯſummari. Ita
qꝫ añ reſtauratione corpoꝝ nō erit ille defe/
ctus animaꝝ ꝑfect⁹ q̄ ē ſumm⁹ illaꝝ ſtatus
2 ¶ Itē ē ꝯtra Aug. xij. ſup Gen̄. ad lrām ca.
xxx. Mirū e dubitandū ē raptā hoīs a car/
nis ſenſibꝫ mentē. ꝛ poſt mortē ipa carne de
poſita trāſcēdēs etiā ſilitudinibꝫ corꝑalium
nō ſic poſſe videre incōmutabilē ſbāz vt ſā
cti angeli vidēt: ſeu alia latētiore cā. ſiue iō.
q̄ꝛ ineſt ei q̄dā naturalis appetit⁹ corꝑ⁹ ad/
miſtrādi. q̄ appetitu retardat̄ q̄dammō: ne
tota intētōne ꝑgat i illō ſummū celū q̄ꝫdiu
nō ſubeſt corp⁹. cui⁹ admiſtratōe appetit⁹ il
le reqēſcat. Ex hac auctē pꝫ. q̄ viſio btāruz
aīaꝝ añ reſumptionē corpoꝝ ꝛ poſt diuerſi/
ficat̄ penes intētōꝫ totā. ſed hoc facit differ
3 re viſionē intēſiue. ¶ Itē Bern̄. de diligēdo
Canti. v deo. ca. xiij. exponēs illud Cant. Bibite ꝛ in
ebriami. Qui inq̄t adhuc in carne grauati
gemūt: chari habent̄ ꝑ charitate quā habēt
Qui ỽo iā ſoluti carnis ꝯpede: ſunt eo cha
riores q̄ ꝓmptiores ꝛ expeditiores facti ad
amādū. Et porro ꝑ vtriſqꝫ noiant̄: ꝛ ſūt cha
riſſimi: q̄ recepta ſcḋa ſtola in corꝑibꝫ vtiqꝫ
cū glīa reſūptis: tāto ferūt̄ i dei amorē liberi
ores ꝛ alacriores q̄ꝫto eis de ꝓprio iā nihil re
ſiduū ē q̄ eas ſollicitꝫ aliq̄tn⁹ vl̄ retardet.
q̄ q̄dē neuter ſibi reliquoꝝ ſtatuū vendi/
cat. Et infra. Bibi vinū meū cū lacte meo.
Uino diuini amoris miſcet: ꝛ tūc dulcedi/
nē naturalis affectōis ꝑ quā reſumet corp⁹
ſuū: ipmqꝫ clarificatū deſiderat. eſtuat ḡ iaꝫ
tūc ſctē charitatis potato vino: ſꝫ plane nō
dū vſqꝫ ad ebrietatē. q̄m̄ tꝑat ardorē interī
hui⁹ lactis ꝑmixtio.

Reſponſio ad hec

ſm Tho. Cui⁹ ſi ꝓmū argu. ꝓmi arti. ꝑdicti
ex itegro aſpiciat̄: nihil faciūt ꝯtra ipm iſte
auctes ꝑallegate declarat̄. Ait enī ſic. Deſi
deriū aīe ſeꝑate totalit̄ q̄eſcit ex ꝑte appeti
bil̄. q̄ꝛ. ſ. hꝫ id q̄ ſuo appetitui ſufficit. ſꝫ nō
totalit̄ q̄eſcit ex ꝑte appetētis. q̄ꝛ illō bonuꝫ
nō poſſidet ſic poſſidere vellꝫ. ꝛ iō reſumpto
corꝑe btītudo creſcit nō intēſiue ſꝫ extēſiue.
Nec ſūt ỽba ei⁹: q̄ ſic pn̄t declarari. Aīa ſe
ꝑata vidēs deū ꝑ eēntiā: nō pōt limpidi⁹ vi
dere deū q̄ꝫ videt. nec intēſi⁹ ꝑ ꝯñs delectari
q̄ꝫ delectat̄. q̄ꝛ licet glīa vel lumē glīe q̄ aīa ſe
ꝑata i illā dei viſiōꝫ ꝑ eēntiā eleuat̄: debeat i
corp⁹ redūdare. nō tñ ꝑ corꝑis reſūptōꝫ po
terit intēdi: nec ꝑ ꝯñs aīa ad limpidiorē vi
ſionē dei q̄ꝫ ꝓus poterit eleuari. tñ q̄ꝛ ꝑ ſuaꝫ
naturā corꝑi ē vnibilis. hinc ē q̄ naturalit̄
appetit i corꝑe eē. ꝛ bonū ꝑticipatū corꝑi ꝑ
ſua capacitate cōicare. Idē igit̄ bonū quod
iaꝫ hꝫ in quo quietat̄: ſic q̄ illi⁹ nō deſiderat
augmētū vel intēſionē appetit hr̄e i eodē ḡ
du nō intēſiorē ſub mō alio. ita. ſ. q̄ q̄at in
reſumptū corp⁹ redūdare. ꝛ cū iſte appetit⁹
corꝑe reſumpto fuerit q̄etatus: creſcet btītu
do: nō q̄dē intēſiue ſꝫ extēſiue: ſicut pꝫ ex di
ctis. ¶ Ad ꝓmū ḡ dicendū. q̄ defect⁹ quē di Ad 1
cit Bern̄. nō poſſe ꝑfici niſi corꝑe reſumpto
ꝑut ipſe inſinuat eſt iſte appetitus: ſiue ſm
ipm affectus naturalis quo retrahit̄ aīa ne
totaliter quietet̄: donec bonū iam adeptū re
dūdet i corpus reſumptū. q̄ nō ē hr̄e ma/
ius bonū: ſed illud idē ſub eodē gradu: alio
tñ mō. ¶ Ad ſcḋꝫ dicēdū. q̄ Aug. dicit ani Ad 2
mā ſeꝑatā a corꝑe iſto appetitu retardari ne
totalit̄ ꝑgat i ſummū celū vel tota intētiōe
ꝓ tāto q̄ adhuc appetit bonitatē i dei con/
templatōe ꝯſiſtentē: ꝛ ex ipa ꝓuenietē: quā
nūc hꝫ haberet alio mō. ſ. illā i corp⁹ reſum
ptū refundēdo. ꝛ ꝓ tāto dicit aīam ſeꝑataꝫ
nō ſic poſſe videre deū vt ſcī angeli vident.
q̄ꝛ angeli ſuā btītudinē i dei viſiōe ꝯſiſtētē
nō appetūt alio mō q̄ꝫ hn̄t. vn̄ eoꝝ appeti/
tus ē vndiqꝫ q̄etat⁹. appetit⁹ ỽo aīe ſeꝑate li
cet ſit quietat⁹ quo ad bonū adeptū: nō tñ
q̄ ad habēdi modū: vt dictuꝫ ē. ¶ Ad. iij. q̄ Ad 3
ſm Bern̄. aīe btē corꝑibꝫ cū glīa reſumptis
tāto ferunt̄ in amorē liberiores ꝛ alacriores
quāto de ꝓprio iā nihil reſiduū ē ꝛc. nullus
videlꝫ appetit⁹ quo appetāt illud q̄ habēt
hr̄e alio mō vt dictū ē. ¶ Q, ỽo ait Bern̄.
aīam ſeꝑatā eſtuare vino ſctē charitatis: ſꝫ
nōdū vſqꝫ ad ebrietatē, ꝓ tāto. q̄ꝛ bonuꝫ il
lud iā adeptū nōdū traſfūdit̄ nec redūdat
i corp⁹. ꝛ vires corꝑis inferiores ſic fieri p⁹ re
ſurrectiōꝫ: potū huc ſic inebriatiuū i patria
nobis tribuat ieſus chriſtus Amen.

Rticulus ſex

a tus de hoc q̄ Tho. dicit. q̄ hō
eſt dn̄s ſui actus. q̄ꝛ hꝫ delibe/
ratōem de ſuis actibꝫ. Itē. q. vj. ar. iij. in riī/
ſione. iij. arg. dicit. q̄ homo eſt dn̄s ſui act⁹
q̄ꝛ habet deliberatiōꝫ de ſuis actibus. ex hoc
enī q̄ rō deliberās ſe habet ad oppōſita: vo/
luntas pōt in vtrūqꝫ.

Corruptorium

1 Hoc reputam⁹ falsū. ex h̄ em̄ seq̄t q̄ hō nō
facit libere ea q̄ facit sine deliberatiōe. qd̄ p3
eē falsissimū tā ī bonis ⁊ pfect̄ hoib⁹ q3 ī pes
simis. manifeste em̄ videm⁹ q̄ viri sc̄ti siue p
fecti. siue ī sc̄lo siue ī religiōe cū itelligūt ali
qd̄ bonū mox appetūt. ⁊ cū appetierint mox
freq̄nt̄ faciūt absq3 oī deliberatōe. ṽbi grā vāt
dyna⁹. respuunt illecebras. sit̄ viri religiosi
stati auditu aur̄ obediūt sine aliq̄ deliberatō
ne. ⁊ tn̄ ꝯstat q̄ libere faciūt. Et sic videm⁹ ī
valde mal̄ ⁊ pessimis hoib⁹. q2 mox vt malū
aliqd̄ appetierit. ṽbi grā detrahere. blasphe
mare. maledicere. ꝯuiciari sine deliberatiōe si
2 p̄nt pficiūt qd̄ desiderāt. ⁊ ꝯstat q̄ libere ¶ P̄
si ppt̄ deliberatōē3 ē dn̄s sui act⁹ ⁊ libere agere3
cū respectu finis eligēdi nō fit deliberatio. sed
respectu eo3 q̄ sūt ad finē seq̄ret̄ q̄ nō libe s3
seruilit̄ appeteret hō finē. libere autē appete
3 ret ea q̄ sūt ad finē. ¶ P̄. māifeste videm⁹ q̄
q̄n volūtati ppōit̄ aliqd̄ appetibile. ṽbi grā
honor vl̄ sc̄ia si appetierit illū honorē vl̄ sc̄ie
tiā: p̄t hō illū appetitū refrenare vsq3 q̄ delibe
ret an debeat vel liceat vel expediat sic expete
re. Cōstat em̄ q̄ aīa ē dn̄a talis refrenatōis.
⁊ libere facit eā an̄ deliberatōē3. g̃ manifestū ē
q̄ dn̄iu3 tal̄ refrenatōis nō ē ppt̄ deliberatiōē3
Q3 aūt hm̄oi refrenatōē3 faciat libere: p3 p
auctē Dam̄. li. iij. c. xxvj. vbi ita dic̄. Irrōa
lia nō sūt lib̃a arbitrio. agūt̄ em̄ a natura ma
gis q̄3 agāt. ⁊ nō ꝯ̄dicūt naturali appetitui
s3 sil̄ cū appetierit aliq̄d ipetū faciūt ad actū
hō āt exn̄s rōnal̄ agit mag̃ fm̄ naturā q̄3 a
gat. ideo q3 si appetēs h̄ q̄d ē velit: ptātē h3 re
frenādi appetitū suū vel seq̄ eū. Nō q̄ dicit
irrationalia non sunt libera arbitrio.

Responsio ad hec

fm̄ Tho. Estio q̄ isti decepti sūt p q̄ndā eq̄
uocatōē3 deliberationis exorbitāt̄s. deliberatio ei
d2 ꝯsultatio vel p̄meditatio de aliq̄ si debeat
fieri vel nō fieri: amari vel vitari. ⁊ sb̄ h̄ sen
su certe nō ē hō dn̄s sui act⁹. q2 h3 deliberati
onē de agēdis: s3 poti⁹ ecōuerso. q2 ipe ē dn̄s
sui act⁹ iō p̄t deliberare de agēdis. Alio mō p̄t
deliberatio sumi p facultate libe agēdi qd̄ vo
luerit seu placuerit. rōe c⁹ aīa p̄t ī vtrūq3 op
positoꝝ. ⁊ sic sb̄ h̄ sensu h3 intelligi qd̄ dicit
tho. q̄ nō ē dn̄s sui act⁹. q2 h3 deliberatōē3. i. li
berā agēdi facltatē. q2 igit̄ ptās rōnal̄i hoīe
ꝓmissio ꝛ cōminatio. ad quoꝝ vtrūq̄ꝫ violē
tior ꝛ sufficiētior debet esse p̄latus q̄ꝫ subdi/
tus: siue fuerit ꝯminatio siue ꝓmissio de tpa/
libꝰ siue de eternis. ḡ via denūciatōnis ē effi
cacior ad fraternā correctionē. ergo magꝭ eli
gēda. ¶ Rōnes quas insinuat p ꝯfirmatōe
positōis nō valēt. Prima ē q̄ ē ꝯ p̄ceptū di/
1 uinū denūciare p̄lato pctm̄ fr̄is occultū. nisi
p̄us facta correctōe ſm ordinē a dño cōsti/
tutū. Et p̄lato p̄cipiēti aliq̄d ꝯ p̄ceptū diui
nū non ē obediendū. iuxta illud Act. v. obe
dire magis ꝛc. ¶ Ad h̄ dicimꝰ q̄ saluator qñ
p̄cipit correctōeꝫ fraternā ꝛ ordinē eius: nō
ꝓhibet fieri denūciatōem secretā p̄lato. Qñ
eñ dr̄: dic ecclie. hoc dr̄ de accusatōe sub te/
stibꝰ qui in scđa correctōe adhibiti sūt. Vñ
ꝯstat q̄ saluator explicare nō ꝓhibet eā fieri
nec implicare. ꝛ ex ꝯñti q2 denūciatio ꝛ corre
ctio ambe p̄nt fieri. ꝛ neutra p alterā īpediri
vñ q̄ p̄latꝰ exigēs hmōi denūciatōeꝫ p prece
ptū: nihil p̄cipit ꝯ p̄ceptū diuinū: sicut ipe
supponit. ¶ Scđa rō quā ponit ē talis. p̄la
tus nō ē iudex occultoꝝ: sed solus deus. vñ
nō hꝫ ptātē p̄cipiēdi de occultis. ꝛ si p̄cipiat
non ē obediendū. ¶ Ad h̄ dicimꝰ q̄ p̄latꝰ exi
gēs denūciatōeꝫ de occultis: nō intēdit circa
denūciatōnes pcedere p viā iudicij. put iu/
dex. s. puniēdo ꝛ ꝯdemnādo. q2 ppter vocē
vniꝰ nullus pōt iudicialr̃ cōdēnari Deut.
xvij. ꝛ xix. sꝫ intēdit pcedere vt pr̄ ꝛ pastor ꝛ
medicꝰ curādo vt pōt. ꝛ p̄seruādo sicut va/
let sine fame lesione: ꝛ sinistre opinionis oc
casione. Fame eñ lesio et sinistre opinionis
occasio vergūt in penā publicā. ꝛ nō debent
infligi p occultis.

Responsio ad hec

ſm Tho. Qui dicta Tho. ī solutōe huiꝰ q̄
stiōis: ꝛ in rñsione ad arg. inspicit ꝛ diligen
ter ꝯsiderauerit: qñ. s. faciēda ē denūciatio ꝛ Ad 1
correctio p̄habita ꝛ qñ nō. ꝛ ī quo casu ꝛ in Ad 2
quo nō: q̄ nihil ꝯtra ipm faciūt oīa q̄ isti Ad 3
garriēdo adducūt intelliget euidēter. vñ ne Ad 4
sp singulis v̄bis p singula rñdeat̃: applica/
tio rñsionis ad p̄ns p singula p̄tereat̃. Tñ
q̄ ad hmōi declaratōꝫ dicit idē Tho. super
iiij. sen. di. xix. q. iij. vbi agit̃ de correctōe frat̃
na attēdat̃. vbi sic dicit. In pctis denūcian
dis ꝯsiderādū ē: vtꝝ pctm̄ sit oīno occultū:
aut ad noticiā alioꝝ deuenerit aut ī pmptu
sit vt deueniat. Si eñ pctm̄ iā ad alioꝝ no/
ticiā deuenit: tūc dꝫ denūciari illi q̄ hꝫ ptātē
corripiēdi. vt q̄ scādalizati sūt de culpa edi
ficent̃ de pena. Si aūt nōdū in publicū de/
uenerit: sed ē ī via deueniēdi. tūc aut denūci/
andū ē vt scādalo futuro occurrat̃. Si aūt
sit oīno occultū: tūc ꝯsiderandū ē vtrum
emēdatio peccātis expectari possit ꝓbabilr̃
aut nō. quod quidē facile aduerti poterit si
ꝯsideret̃ vtꝝ aliq̄s ex electōne aut passione
peccauerit: siue ex malicia vel īfirmitate q̄d
idē ē. quod ꝑpendi pōt ex condicione peccā/
tis ꝛ ex iteratōe. quia si aliquis freq̄nter et
quasi incorrigibiliter ꝛ sine freno in peccatū
est lapsus: signū est q̄ ex malicia vel electio
ne peccat: ꝛ nō facile emendat̃. Si autē se/
mel occasione peccādi ablata ī pctm̄ ruit. ꝛ
postea verecundiā ꝛ tristiciā de pctō ostēdit:
signū est q̄ sit peccatuꝫ ex passione vel infir/
mitate. Si ergo emendatio speret̃: debet ad
monitio p̄cedere: ꝛ denunciatio differri quo
usq̄ꝫ videat̃ quātum emendet̃ peccator: nisi
forte immineret occasio similis ruēdi in pec
catū: quaꝫ declinare nō vellet admonitus.
tunc eñ deberet prelato denūciari ne in pre/
cipicium iret. Si autē non speret̃ emenda
tio: tūc considerandū est an idem peccatuꝫ
sit infectiuū alioꝝ: sicut heresis vel fornica
tio: vel aliud hmōi. vel etiā cedat in aliq̄d
damnū alteriꝰ: sic furtū. homicidiū ꝛ hmōi
Si eñ nō cadit ī damnū alteriꝰ. nec sit in/
fectiuū alteriꝰ. tūc pōt denūciatio differri q̄
usq̄ꝫ videatur admonitionis effectus p̄ci/
pue si emendationem ꝓmittit. Si autem
sit infectiuum alioꝝ: debet denūciari prelato

vt gregi suo caueat. vñ rões istoꝝ nõ plus
pbãt nec pbare põt: nisi q in aliq̄bꝫ casibꝫ
denũciatio põt fieri p̄lato: nõ p̄habita corre
ctõe secreta. qd̓ ↄcedit Tho. vt pꝫ ex dictis.
Ad 5 ¶ Q, aũt dicũt ad p̄mã rõeꝫ Tho. q saluã
toꝛ nõ ꝓhibet facere denũciatõem secretã p̄
lato: veꝝ ẽ ordine debito. Iste aũt ẽ ordo vt
ĩ casu: put dictũ ẽ p̄mo corripiat. deinde si se
nõ correxerit p̄lato: ñ iquã ĩ iudicio p̄sidẽti.
q̇a h̄ ẽ dicere eccłe: sed secreti⁹ ex iudiciũ cõi
stẽti. ꝛ sic dicere p̄lato nõ ẽ nisi dicere q̄si per
sone p̄uate: q̄ põt ꝓdesse ꝛ nõ obesse. q: nul
lus pꝫ magis ꝓdesse q̄ p̄lat⁹. q̄ tñ si admo
nit⁹ neglexerit corrigi aliq̄s ꝑ quos ↄuincen
dus ẽ si negauerit debet ostẽdi. Iste ordo de
claratˀ ĩ regła btĩ Aug. vbi p̄mo docꝫ admo
nitõeꝫ fieri q̄ prim̄ p̄lato ostẽdi. etiã vbi p̄
lat⁹ nõ intẽdit ꝓcedere ꝑ viã iudicij. punie
do publice ꝛ cõdemnãdo: sed tanq̄ pastoꝛ
ꝛ medicus ꝓ cura adhibẽda secret⁹ admo
nẽdo. vnde ipse ait. Prius p̄lato debet ostẽ
di vtiq̄ post admonitionẽ: vt secretius coꝛ
Ad 6 rect⁹ nõ innotescat ceteris. ¶ Ex quo pꝫ q h̄
qd̓ dicũt ad scd̓am rõem nihil valet. q: s̄m
p̄ceptũ saluatoris satagere debem⁹ prim̄ fratris
in casu curare sola secreta admonitiõe si est
possibile. ꝛ hoc p̄ceptũ de correctõe fraterna
Joh. 13 videtˀ ꝓcessisse ex nimia xp̄i dulcedine: q̄ cũ
dilexisset suos in finẽ dilexit eos. quoꝝ ↄsci
entiã curare vult sine om̄i fame lesione ĩ ca
su. ꝛ q̄ñ hoc fuerit possibile.

Articulus. iiii.

D De h̄ q Tho. q. ciiij. ar. v. dis
putat. vtꝝ subditi teneantˀ ĩ oĩ
bus obedire p̄latis ꝛ supioribꝫ suis. Et ĩ m̄
sione p̄ncipali dicit. Ita mens ẽ sui iuris. ꝛ
ideo s̄m ea que ꝑtinẽt ad interiorẽ motum
volũtatis: homo nõ tenetˀ homi obedire: sꝫ
soli deo. tenetˀ aũt hõ homi ĩ his q̄ ꝑ corpa
exterius sunt agẽda.

Corruptorium

1 Istud videtˀ nobis falsuꝫ. Cõstat em̄ q ea
dẽ rõne ꝛ intẽtõe qua tenetˀ q̇s ad aliquem
actũ: tenetˀ ad oĩa añcedẽtia sine q̇bꝫ act⁹ ĩ
pleri nõ p̄t: vt si teneoꝛ interesse matutinis ĩ
choro: teneoꝛ surgere de lectoꝛ ire ad ecclĩaꝫ
ꝫ cũ act⁹ corꝑales ĩ q̇bꝫ tenẽtˀ subditi obedi
re p̄latis: ꝑfici nõ p̄nt sine imꝑio volũtatis
2 restat q vna ꝛ eadẽ intẽtiõe tenentˀ subditi
ad vtruq̄. Ex h̄ arguitˀ vlteri⁹. Si subditi
tenentˀ obedire p̄latis ĩ actu corꝑali exteri⁹:
ꝛ ĩ motu volũtatis q̄ñ ↄiũcti sunt. mlto foꝛ
ti⁹ tenentˀ obedire ĩ solo motu voluntatis si
singulariter p̄cipiatˀ. eodẽ mõ arguitˀ de mo
tu cognitõis: si p̄lat⁹ p̄ciꝑet subditis delibe 3
rare suꝑ aliquo negocio q̇d foret agenduꝫ.
vel de aliquo dubio casu quid esset m̄dẽdũ
estimo q nullus diceret subditos nõ tene
ri deliberare: vt põst secũ caute ꝓcederẽt ꝛ sa
ne m̄derẽt. Si ergo subditi tenentˀ p̄lato in
actu deliberatõis vbi subsequitˀ oꝑatio ꝛ m̄
sio: ꝓbabile est q sil̄r tenerentˀ: si sola delibera
tio eis p̄ciꝑetˀ. Et ideo religiosius ꝛ veri⁹ vi
dentˀ nobiscũ sentire: q̄ dicũt q ꝑ hoc intel
ligitˀ in om̄ibꝫ actibus: vt patet in exemplo
si etiã p̄latus impossibile p̄ciꝑet: saltem vo
lũtate ꝛ desiderio: tenetˀ obedire subditus. si
cut in scd̓o libro dialogoꝝ scribit Gregori⁹
de quodã coruo. cui beatus Bñdict⁹ p̄cepit
vt panẽ veneno intinctũ portaret ĩ loco vbi
ã nemine reꝑiretˀ. Coruus inq̇t aꝑto ore ex
pansis alis circa panẽ cepit discurrere atq̄
crocitare: ac si aꝑte diceret: et se obedire vel
le: ꝛ iussa implere nõ posse. ¶ Itẽ hoc videtˀ
ↄsonũ doctrine ap̄lice. Dicit em̄ apostolus
ad Ephe. vj. Serui obedite dñis carnali
bus cũ timore ꝛ tremore in simplicitate coꝛ
dis vestri. Glo. vt sicut ostenditis extra: sic
sit in volũtate vr̄a. Uñ ibidẽ subdit ap̄lus
Nõ ad oculũ seruientes: sed sicut serui xp̄i
cum bona volũtate seruiẽtes dño: nõ sicut
hominibꝫ. Hoc ꝓ eo qd̓ obijcit q ratio sui iuris
ẽ: nõ cogit. Sicut em̄ ipsa ẽ iuris ꝓprij. ita
in homine libero corp⁹ totalr̄ ꝑtinet ad iu
diciũ rõnis. ꝛ sicut rõ ꝑ votũ obediẽtie põt
dare ius alteri qd̓ habet in corpus. ita etiã
sus quod hꝫ rõne suijpsius.

Responsio ad hec

s̄m Tho. Si dicta Tho. ĩ hac ꝑte intelle
xissent: ipsi met ista v̄ba inania reputassent.
Ubi em̄ dic q mẽs ẽ sui iuris: intendit q et
si ĩ corꝑe hõ hoi iure politico ac ciuili dnetˀ.
ipsa tñ mẽs hmõi seruituti non substernitˀ.
qd̓ declarat ꝑ v̄bũ Senece li. iij. de bñficijs.
Errat si q̇s existimet seruitutẽ in toto homi
ne descendere. ꝑs eius melioꝛ excepta ẽ. coꝛ
poꝛa obnoxia sunt ꝛ astricta dominis. Ec
ce manifestum ẽ q loquitur ibi de seruitute
ꝛ subiectione ciuili qua serui dominis sub
ijciuntur vt filij parentibus. quibus nõ te
nẽtur obedire nisi quãtũ ad ea q̄ ꝑ corpus

ſunt exterius agẽda. que. ſ. p vires corpales
exequunt̃. licet a motu volũtatis interioris
imperent̃. vñ tã ipa opa q̃ motus volunta
tis interiores ordinati ad ipa ad corpus p/
tinẽt: ⁊ ad ea que p corpus ſunt agẽda. Si
cut em̃ ambulare ⁊ fodere ptinẽt ad ea que
p corpus ſunt agẽda: ſimiliter et velle am/
bulare ⁊ fodere ad idem ptinere dicuntur:
nõ quia actus exteriores a volũtate elician
tur: ſed quia ab ipſa imperant̃. vñ qui tene
tur ad hmõi act⁹ exteriores obedire. vbi grã
fodere vel ambulare: tenet̃ hoc idez velle. ⁊
ideo fui qñ nolũt facere pceptũ dñi ſui: pu
niunt̃ ciuiliter ab eiſdẽ. Ex his pz ad obie/
Ad 1 cta reſpõſio. ¶ Ad pmũ em̃ dicendũ (vt di/
ctũ eſt) q qui tenet̃ ad actuz exteriorẽ: tenet̃
ad actũ volũtatis interiorẽ. ⁊ illum actum
a viribus inferioribꝫ elici precipiẽtẽ: ſed ex
hoc nõ ſequit̃ q teneat̃ ad actus interiores
ſimplicit̃: put nitunt̃ ↄcludere ex h̃ i arg. ij.
Ad 2 Nõ em̃ ſequit̃. q ſi tenet̃ aliquis fodere vel
velle fodere. q ppt h̃ teneat̃ ſimpliciter velle
quicq̃d ille vult cui i hoc tenet̃. verbi grã.
Si dñs pcipet ſeruo qui ſibi tenet̃ in foſſu/
ra bñ ſequit̃ q tenet̃ ſibi velle fodere: ſi tamẽ
pcipiat ſibi q velit ipm regem eſſe in hiſpa
Ad 3 nia: nũquid i hoc tenet̃ ei obedire: friuolũ ẽ.
¶ Ad tertiũ dõm. q act⁹ cognitiõis p q̃s re/
gulat̃ hõ q̃rũ ad act⁹ exteriores: i quibꝫ tenet̃
hõ alicui ſupiori ſunt eiuſdẽ rõnis cũ acti/
bus volũtatis a quibꝫ eedẽ opatõẽs impe/
rant̃. vñ ſic tenet̃ ad actũ voluntatis hmõi
opa pcipiẽtẽ: ita tenet̃ ad actũ cognitõis ea
dẽ dirigentẽ. vñ ſicut tenent̃ velle opari: ita
tenent̃ deliberare de ope. ſiue op⁹ ptineat ad
factõz: cuiuſmodi ſũt fodere ⁊ edificare. vl̃
ad actiõez: cuiuſmodi ſũt ↄſulere ⁊ mĩdere.
¶ Ex his tñ nõ ſequit̃ q ſimplr̃ teneant̃ aliq̃
ſuis ſupioribꝫ i actibus cognitiõis obedire.
Si em̃ rex pcipet ↄſiliario ſuo ſibi ſubdito
nũquid qz tenet̃ cogitare de miſſionibꝫ vl̃ cõ
ſilio ſibi dando: tenet̃ cogitare ſimplr̃ quic/
quid ipe vult. verbi grã. nũquid p h̃ ad cu⁹
impiũ hz cogitare de muſicis vel geometri
cis. vel eſſe hui⁹ vel illius opinionis: cõſtat
q hec friuola ſunt. ¶ Qd̃ tandez dicunt de
religioſis. q dꝫ bẽt ſimpliciter i omibꝫ obedire
ſaltẽ volũtate ſi facultas iplẽdi deſit. Sciẽ
dũ q hoc ſic hz intelligi. q q̃rũ ad ea ſoluz
tenent̃ obedire religioſi que ptinẽt ad regu
larẽ obſeruantiã: ad quaz ſe voto pfeſſiõis
obligauerũt. Si aũtẽ ⁊ in aliqs obedire vo
luerint: hoc ptinet ad cumulũ pfectiõis: dũ
tñ illa nõ ſint ↄ deũ vel pfeſſionẽ ſuã. Nec
tñ tenent̃ ad mot⁹ ſiſtẽtes interius in mẽte:
ſimplr̃ loquẽdo obedire. verbi grã. ſi plat⁹ p
cipiat mihi q ſentiã ſic vel ſic i tali opiniõe
vel q diligaz plus vel minus i tali loco vel
tali. vel talẽ hominẽ vel talẽ. diligere plus
vel minus put ipe facit. nec quo ad hmõi
actus cognitõis vel volũtatis tenet̃ hõ ali
quis ſupiori obtpare.

Articulus quin

a tus. De h̃ q T ho. dicit q. de. ar. iiij
vbi q̃rit. vtz omẽ mẽdaciũ ſit mor
tale pctm̃. i miſſione. iq. argu. q q̃dã dicũt q
omẽ mẽdaciũ ſit mortale pctm̃ in viris pfe/
ctis. Sed hoc nõ ẽ rõnabiliter dictũ. nul/
la em̃ circũſtãtia agg̃uat pctm̃ i infinitũ ni
ſi que trãſfert in aliã ſpeciẽ. circũſtantia aũt
pſone nõ trãſfert in aliã ſpeciẽ: niſi forte rõe
alicuius annexi. puta ſi ſit ↄtra votũ ipſi⁹.
quod nõ põt dici de mendacio officioſo vel
iocoſo. ⁊ ideo mendaciũ officioſum vel io/
coſum nõ ẽ pctm̃ mortale in viris pfectis: ni
ſi forte rõne ſcandali.

Corruptorium

Iſtud qd̃ dicit de mẽdacio officioſo vel io/
coſo i viris pfectis: videt̃ falſum ⁊ ↄ Aug. i
li. de mẽdacio. ca. x. Aut inquit nõ ẽ creden 1
dũ bonis: aut eſt credendũ illis quos credi
mus aliqñ mentiri. aut nõ eſt credendũ bo
nos aliqñ mentiri. Horũ pmũ eſt pnici
oſum. ſcdm̃ ſtultum. Reſtat ergo vt nunq̃
mentiant̃ boni. hec eſt ratio ⁊ illatio Aug.
Ex ↄcluſione aũt Auguſ. arguit̃ ſic. Boni
exiſtẽtes boni nũq̃ mẽtiunt̃. ergo mẽdaciuz
pimit bonitatẽ: ſed nõ pimit bonitatez niſi
qz ẽ peccatũ mortale. ergo mẽdaciũ ẽ morta
le pctm̃. Nec ferat̃ inſtãtia in mẽdacijs io/
coſis. qz dicit Aug. lib. j ſniaꝝ. Ioca nunq̃
ſũt pura mẽdacia. habẽt em̃ euidentiſſimã
ex pronũciatõe atq̃ loquentis affectu figu
ratõem aĩam nequaq̃ fallẽtis. ¶ Itẽ. ſi nõ eſt 2
pctm̃ mortale mentiri officioſe. ergo nõ eſt
peccatũ mortale mentiri p ſalute animarũ.
qz hoc ẽ ſumme officioſum. Ex quo ſequit̃.
q nõ eſt mortale mentiri in pdicatiõe fidei
⁊ morũ. quia ibi ẽ maxime ſalus animaruz
Ex quo ſequit̃ q ſtultum eſt credere: etiam
predicatoribus mentiẽtibus. et ſi hoc ſtul/
tum eſt ſemp credere. eſt licitũ ⁊ nõ credere.
quia fides nõ ẽ vt plurimũ niſi p auditum

p̄dicatōis.ꝗ a ꝑmo si nō ē pctm̄ mortale vi
ris ꝑfectis mentiri officiose: nō est peccatuꝫ
mortale nō credere: imino ē stultissimū cre/
dere. hoc falsissimū ē. ergo ⁊ ꝑmuꝫ. ¶ Argu
menta quibus innitit̃ facile pn̄t solui. Pri/
3 mū ponit̃ ꝑ obiectiōe in ꝯtrariū. ⁊ ē tale. Si
ps.5 cut dicit glo. sup illud ps. Perdes omēs q̄
loquunt̃ mendaciū. Duo sunt genera men
daciorꝫ: q̄ nō sunt sine culpa: sed nō cū ma
gna: cū aut iocādo aut ꝯsulēdo ꝓximo mē/
timur. sed omē pctm̄ mortale habet grauē
aut magnā culpā. ergo mendaciū iocosum
⁊ officiosum nō sunt pctā mortalia. ¶ Dicē
dū ꝙ omē pctm̄ mortale absolute loquēdo
ē culpa grauis ⁊ grādis. ⁊ hoc mō. s. absolu
te loquēdo ē culpa grauis mēdaciū officio/
sum ad minus viris ꝑfectis. loquendo tn̄ ꝑ
ꝯparationē ad grauiorē culpā: tā i canone q̄
in scripturis sctōrꝫ. pctm̄ mortale min⁹ graue
dr̄ nō grādis culpa. sicut Prouer. vj. dr̄ de
furto ꝑ cōparatōem ad adulteriū. Nō ē grā/
dis culpa cuꝫ q̄s furat⁹ fuerit. Glo. interli.
Nō ē grādis culpa ꝑ comparatōeꝫ adulterij
Et glo. marg. Furtū nō ex se: sed ex compa
tione maioris pcti. i. adulterij nō grandis
culpe ē. Sicut de Hierusaleꝫ graui⁹ peccāte
ꝑ ꝓphetā dicit̃ Ezech. xvj. Iustificata ē zo
doma ex te. hec sunt v̄ba glo. Et hoc mō di
cit̃ in p̄dicta glo. Aug. sup ps. ꝙ nō est ma/
gna culpa ꝓximo cōsulēdo mētiri. Et ꝙ ita
intelligat̃ pꝫ ꝑ eundē in lib. de mēdacio ob/
stetricū. Pro mēdacio suo inq̄t dicunt eas
approbatas ⁊ remuneratas a deo. Qui em̄
cā nocēdi cōsueuit mentiri: multū ꝑfecit si
iā cōsulēdi cā mentiat̃. naꝫ in scripturis ipsis
iustificata Zodoma dr̄ in comparatōne scele
rati populi Israel ¶ Scd̄a rō quā insinuat
4 ē talis. ⁊ hāc ponit in ꝑncipali q̄stione: pro/
prie pctm̄ mortale repugnat charitati. vn̄
si finis intētus in mēdacio nō sit ꝯtrarius
charitati. nec mendaciū s̄m hanc rōeꝫ erit
pctm̄ mortale. sicut apparet i mendacio io
coso et officioso. in quorꝫ ꝑmo intēdit̃ leuis
delectatio. ⁊ in alio ꝓximi vtilitas. R̄. i men
dacio officioso bn̄ pōt attēdi vtilitas alicu
ius singularis ꝑsone vel aliquarꝫ. Inde tn̄
sequit̃ subuersio ⁊ impedimētū fidei ⁊ auct̃
doctrine catholice. ⁊ hoc ī multo pluribus.
maxime si viri ꝑfecti mētiunt̃: vt ostēsum ē.
Qḋ aūt impedit vel subuertit fidē: impedit
5 vel subuertit charitatē. ¶ Tercia rō quā in
sinuat: ē talis. Nulla circūstātia aggrauat
pctm̄ i infinitū nisi que trāsfert in aliā speꝫ.

Circūstātia aūt ꝑsone nō trāsfert in aliā spe
ciē. igit̃ ⁊c. ¶ Ad hoc dicendū ē ꝑmo interi/
mēdo maiorē. Circūstātia em̄ ꝑsone aggra
uat i infinitū pctm̄. i. quod est veniale s̄m
genus facit mortale. Cōstat em̄ ꝙ infirmi/
tas. impitia. malicia sunt cōdiciōes ꝑsone.
⁊ tamē aliquod genus pcti quod ē veniale
rōne infirmitatis vel impitie fit mortale ꝓ
pter maliciā: sicut dicit Aug. li. lxxxiij. que
stionū. q. xxvj. Quisquis iquit nouit quid
sit v̄tus ⁊ sapiā dei: pōt estimare que sint ve
nialia pctā. Et q̄squis nouit q̄ sit bonitas
dei: pōt estimare quib; pctis pena debeat̃ et/
na ⁊ hic et in futuro seculo. ¶ Itē videm⁹ ꝙ 6
carnalis copula solutis ē mortale peccatuꝫ
ꝯiugatis aūt vel nō est peccatū: vel ē pecca
tū veniale. ergo idē actus vel aggrauat̃ vel
alleuiat̃ in infinitū ꝓpter cōiugiū vel abso
lutionē a cōiugio. que tn̄ nō sunt nisi circū/
stantie ꝑsone. ¶ Itē si quis hꝫ consciam er/
roneā de pctō veniali ꝙ sit mortale. ⁊ tn̄ cuꝫ
tali consciā illud cōmittit: peccat mortalit̃.
⁊ tamē consciā erronea siue error conscie est
cōdicio siue circūstātia ꝑsone ¶ Ad argumē
tū s̄o dicimus. ꝙ omib; modis vna ꝑmis/
sarꝫ ē falsa. Aliq̄ em̄ dicūt ꝙ veniale ⁊ mor/
tale sint drn̄e essentiales pcti diuidētes pec
catū s̄m genus ⁊ s̄m spēm. ⁊ s̄m istos est ma
ior vera. s. ꝙ nihil aggrauat i īfinitū nisi qḋ
trāsfert in aliā spēm. ⁊ minor ē falsa. ꝙ circū
stātie ꝑsone nō aggrauāt ī infinitū. Aliq̄ di
cūt ꝙ veniale ⁊ mortale sūt drn̄e accn̄tales
actuū ⁊ pctōrꝫ. sicut album ⁊ nigrꝫ corpis. ⁊
s̄m illos maior ē falsa ⁊ minor vera.

Responsio ad hec

s̄m Tho. Si mendaciū aliqḋ nō hꝫ ratio
nē pcti mortalis: eo ꝙ nō est ꝯtra dilectōeꝫ
dei. cuiusmodi ē illud quod fit in doctrina re
ligionis. Nec etiā cōtra dilectōem ꝓximi:
sicut illud quod in detrimentū iusticie ṽgit
vel in ꝑuersionē iudicij ordinat̃. sicut cū q̄s
in loco iudicij mendaciū dicit. vel al's i no
cumentū ꝓximi. Manifestuꝫ ē ꝙ nec viris
ꝑfectis poterit hmōi mendaciū fieri morta
le: nisi fuerit contra corꝫ votū. Per accidēs
s̄o pōt eis mortale fieri sicut ⁊ alijs. s. ratōe
scādali. vel si credāt hmōi mendaciū mor/
tale peccatū esse: stāte em̄ ista opinione nō
poterūt mētiri sine peccato mortali. vn̄ qui
sunt huius opinionis: necesse habēt huius
modi mēdaciū tanq̄ pctm̄ mortale vitare.

Ad 1 ¶Ad p̄mū in ꝯtrariū dicēdū. ꝙ Aug. facit
illā deductōem inuestigādo. nec intendit il
lā ꝯclusionē asserere. s. vt nūqȝ mentiant̄ bo
ni. qḋ patȝ ex lr̄a immediate sequēti. Cōse
quēter em̄ ait sic. Ista questiō e ex vtraqȝ pte
ꝯsiderata ꝛ tractata nō facile ferēda snīa ē.
Ecce isti adducētes Aug. p se manifeste fa
ciunt contra eū: asserentes p certo quod ip
se relinquit sub dubio. Cōclusio tamē illa
ꝙ boni nunqȝ mentiant̄: sic potest intelligi.
scȝ ꝙ boni nunqȝ mentiunt̄ inquantuȝ bo
ni. quia quodcunqȝ mendaciū etiā officio
sum vel iocosum: cū habeat rōem peccati: li
cet venialis: defectus quidā ē bonitatis. vel
qꝛ boni manētes boni nūqȝ mētiunt̄ peccato
Ad 2 pniciosō. ¶Ad scḋm dicendū. ꝙ ꝯsequētia
nulla ē. si pctm̄ mortale nō ē mētiri officiose
ergo nō ē pctm̄ mortale mentiri officiose p
salute aīaꝝ i predicatōe fidei ꝛ moꝝ. hmōi
em̄ mendaciū i pdicatōe fidei ꝛ moꝝ ē mē
dacium pniciosum. nec vllo mō dici pote
rit peccatū officiosum: cū sit contra charita
tem dei. fidē ꝛ bonos mores eneruās. vnde
ꝛ habet rōem pcti mortalis. ꝛ p ꝯsequēs per
niciosuȝ foret: etiā si fieret p salute aīaꝝ in
finitaꝝ. Preter hoc ipsi supponūt falsum.
ꝙ videlicet hmōi mēdaciū possit facere ad
salutē aīaꝝ: sicut mēdaciū officiosuȝ facit
ad ꝯseruationē reꝝ tempaliū. quod falsuȝ
est. quia p mendaciuȝ officiosum pōt qn̄qȝ
hō liberari a morte et ab alijs malis hmōi.
sed p mendaciū in doctrina nō pōt hō libe
rari a morte eterna: sed magis pcipitari i il
lam. vn̄ hmōi mendaciū p salute animaꝝ
fieri nō potest. Si em̄ quo ad aliquid pos
set hmōi mendaciū fingi quod pdesset: in
compabiliter tamē plus obesset. vn̄ semp
Ad 3 simpliciter pniciosum foret. vn̄ manifestuȝ
ē ꝙ ista ratio nulla ē. ¶Q, dicunt tercio ad
p̄mā rationē Thome. ꝙ absolute loquēdo
om̄e peccatū mortale ē culpa grādis. ꝛ hoc
modo mendaciū officiosum est culpa gra
uis viris pfectis. hoc patet nō esse veꝝ. Et
quod adducūt de hoc ꝙ vnū peccatū mor
tale dicit̄ minus graue qȝ aliud: ꝯcedendū
est. Quod autē inferūt. ꝙ peccatū officiosū
obstetricū hoc mō dicit̄ minus graue pecca
tū fm̄ Aug. salua pace eoꝝ nō est verū. ve
rūtamē Aug. intēdit ibi pbare. ꝙ ex hoc ꝙ
illud mendaciū nō fuit rephēsuȝ: sicut nec
quedā alia mendacia in lege veteri. cōclu
di nō potest ꝙ hmōi mendacia essent lau
dabilia: ꝛ rationē boni haberēt. Quod pro
bat p hmōi moduȝ loquendi in scriptura.
Iustificata ē Zodoma ꝛc. Vn̄ subdit paꝝ
infra. Si vitā moresqȝ sanctoꝝ: ꝛ facta ꝛ di
cta consideres: nihil tale pferri pōt quod
ad imitationē puocet mentiēdi. Ex hac lit
tera patet. ꝙ ipse intēdit ostēdere. ꝙ menda
ciū nō habeat rationē boni: in quo debeam⁹
sanctos imitari. ex hoc tamē nō sequit̄ ꝙ sit
tantū malū ꝙ faciat peccatū mortale: sicut
patȝ intuēti. ¶Q, dicūt quarto ad secūdā Ad 4
rationē Thome. ꝙ in mēdacio officioso: li
cet sit aliqua vtilitas tempalis alicuius p
sone singularis. tamē inde sequit̄ subuersio
ꝛ impedimentū fidei. manifestū ē ꝙ non di
cūt veꝝ. Mēdaciū em̄ ad quod hec sequū
tur nō ē officiosum: sed pniciosuȝ. vn̄ si viri
pfecti mentiant̄ p aliquo ꝯmodo tempali
aliquo mendacio: ꝙ ratōe sui vel scandali
supradicta consequat̄. manifestū est ꝙ mor
taliter peccāt. sed hec nō ꝯsequunt̄ ad men
daciū viri pfecti ratōe ipsius mendacij: ni
si fuerit in doctrina. nec ratione scādali vbi
nullū ꝯtingit. quod fieri pōt quādo occul
te ꝯmittit̄. ꝛ sic quod ad alioꝝ noticiāȝ nul
lo mō vel de nō facili poterit deuenire. vel i
aliquo casu cōsimili vbi ratio scādali locuȝ
nō habeat. ¶Q, dicūt quinto ad terciā ra
tionē Thome: cōclusionēȝ p̄mo fore interi Ad 5
mendā. manifestū ē ꝙ dicunt cōtra arteȝ ꝛ
ordinē respōdendi. Primo em̄ esset illatio
impediēda. vel aliqua p̄missaꝝ interimen
da. Ipsaȝ etiā ꝯclusionē nō interimūt fm̄
ꝙ infert̄ ex p̄missis. quod patet. quia nulla
ꝯdicio psone auget peccatū i infinituȝ: nisi
fuerit talis que possit trāsferre vel tansferat
actū in aliā spēm: cuiusmodi nō est circūstā
tia psone: de qua intēdit in ppositōe mino
re. qm̄ status viri pfecti de quo intēdit: non
trāsfert actū illū qui de se ē pctm̄ veniale in
aliā spēm. vt. s. sit mortale: nisi fuerit contra
suū votū: vt dictuȝ est. ¶Quod ergo dicit
p̄mo. ꝙ malicia. impitia vel infirmitas sūt
ꝯdiciones psone. quod veꝝ est. sed manife
stū ē ꝙ faciunt in aliā speciē transire. vn̄ nō
solū quādo fit ex impitia vel infirmitate: ē
peccatū veniale. sed etiā illud quod de se est
indifferēs si ex malicia fiat in aliā speciem
trāsfert. ꝛ ē mortale: sicut frāgere festucaȝ ex
malicia vel ex ꝯtemptu dei. Auctoritas ve
ro quaȝ adducūt: nihil facit p eis. nec ē ad
ppositū. quia em̄ viri a deo illustrati possūt
discernere inter peccata venialia et morta
lia p̄dicta: nulli dubiuȝ: put dicit auctori

Ad 6 tas.ſed quid ad Thomā.¶ Quod vero di
cunt ſexto.ꝙ ſtatus coniugati ⁊ ſoluti perti
nēt ad ↄdicionē pſone: verū ē.ſed non ē mi
nus manifeſtū q̇ñ ſint ↄdiciones facientes
actū trāſire de vna ſpecie in aliam. ⁊ ideo in
Ad 7 ſtantia illa ſicuti precedens nulla ē.¶ Eo/
dē mō dicendū ē de in ſtātia tercia. Conſciē/
tia eñ erronea ē circumſtantia faciēs actū
tranſire in aliā ſpeciez.vñ nec iſta inſtantia
aliquid valet.¶ Quarta vero inſtantia de
ſtatu innocētie et nature lapſe:que dicũtur
circumſtātie vel cōdiciōes pſone:nō ē mul
tum ad ppoſitū. Siue eñ in ſtatu nature
cōdite i innocētia poſſent fuiſſe peccata ve/
nialia ſiue nō:nullo modo potuit ibi poni
peccatū mortale niſi auerteret a fine.vnde
ſi aliquis actus hic non auertat a fine:qui
tamen ibi auertiſſet.manifeſtū ē ꝙ ratione
huiuſmodi circumſtantie.ſ.ſtatus innocē/
tie huiuſmodi actus in aliā ſpeciē trāſiſſet.
vnde patet ꝙ nec inſtantia iſta aliquid va
let.¶ Qō tandē dicunt reſpondēdo ad ar/
gumentū:quod debuerūt prius ſoluiſſe q̄ȝ
concluſionē falſo: vt iam patet interemiſſe
omibus modis vnam premiſſarū eſſe fal/
ſam. Si placeat eis ad pſens audire: ipſi
dicūt falſum. Maior eñ ppoſitio:ſcȝ ꝙ cir
cumſtātia nō aggrauat i infinitū niſi que
⁊c.manifeſtiſſime vera ē. Similiter minor
ppoſitio.ſ.ꝙ huiuſmodi circumſtātia perſo
ne.ſ.ſtatus pfectionis nō facit actum qui
nō ē contra votū profeſſionis tranſire i ali
am ſpeciē ē eque vera. Qui vero ponūt pec
catum mortale ⁊ veniale differre eſſentiali
ter:⁊ predictā maiorē veraȝ ſimplr:in vtro/
q̄ȝ verū dicūt. Sed i tercio.ſ.ppoſitionem
minorē interimendo mentiunt.ſicut patet
ex dictis.¶ Qui vero dicunt peccatuȝ mor/
tale ⁊ veniale differre accidētaliter ſoluȝ p
poſitionē maiorē interimētes in vtroq̄ȝ me/
tiunt. Et ſic taȝ ꝙ iſti pro ſe dicunt q̄ȝ quod
ab alijs pro ſe adducunt mendacio vel fal
ſitate ad minus vtpote doctrina falſa inue
nit admixta.

Articulus ſex

tus vbi dicit Thomas in que
ſtione. clxxiij. ar. iiij. qñ diſpu
tat. vtrū pphete ſemp cognoſcant ea que p
phetāt:in rñſione pncipali tangēs plures
modos.quibus mēs pphete tāgit a ſpūſā/
cto. Q, ſpūſſanctus mouet menteȝ alicui⁹
quādoq̄ȝ quidē vt intelligat quid ſignificet
hoc:ſicut patȝ de hieremia: qui abſcondit i
eufrate lumbare ſuuȝ: vt habet Hiere. xiij.
Qñq̄ȝ vero nō intelligit.ſicut milites diui mat. 27
dentes veſtimenta xpi.nō intelligebāt q̇d Joh. 19.
ſignificaret.

Corruptorium

Jſtud nō videt nobis verum.ſcȝ ꝙ ſpūſſā/
ctus moueret mentes militū ad hoc facien
dū:ſed cupiditas ſi paupes fuerūt.vel ſm
alios ludus ⁊ deriſio ſi diuites fuerūt:et nō
indigentes talibus veſtimentis .quia qua
ratiōe poſſunt dici moti a ſpūſancto ad fa
ciendū illam diuiſionē: quia ſignificatiua
erat diuiſionis eccleſie p hereticos. vel ali/
cuius conſimilis myſterij.pari ratione dici
poſſet.ꝙ moti a ſpūſancto crucifixiſſet xpm
Quia vt dicit Aug. i ench. c.lxxx. Jlla cru/
cifixio figuratiua fuit ſpūalis crucifixionis
De qua dicit apl's ad Galath. v. Qui au/
tem xpi ſunt carnem ſuam crucifixerūt. Pa
ri etiam ratione dici poſſet ꝙ Cayn motus
a ſpūſancto occidit fratrē ſuuȝ. quia illa oc Gen. 4
ciſio ſignificatiua fuit occiſionis xpi a fra/
tribus ſuis ſcȝ iudeis. Sed nullus hoc di
ceret. Nec oportet ſi ordinatio diuiſionis
veſtimentorū ad ſignificandū aliquid i ec
cleſia fuerit a ſpūſancto.ꝙ ppē hoc ipm fue
rit a ſpūſancto. Sicut eñ homo lapidē vl'
lignū vel quācunq̄ȝ materiā quā ipſe nō fe
cit pōt ponere in ſignū:ita ſpūſſanctus:im
mo multo fortius.

Reſponſio ad hec

ſm Tho. Nullū incōueniēs ē ponere:ſȝ ſa/
tis ↄſonat veritati ꝙ milites a ſpūſancto mo
uebant.ꝙ xpi veſtimenta diuiderent:preſa
gio futurorū.pcipue cū actus iſte diuiſiōis
in ſe conſideratus nō ſit peccatū:ſed actus
indifferens comprobet.vñ argumenta que
adducūt nullius pōderis ſunt. Crucifixio
eñ xpi maximū peccatū fuit ipſis crucifixo
ribꝰ. vñ impoſſibile ē dicere ꝙ ad hoc ipſi
a ſpūſancto mouerent.nō ſic aūt actus di/
uiſionis veſtimētorū.pcipue ſi in ſe ↄſideret
ſcȝ circūſcpto odio ⁊ ↄtumelia xpo illata. ⁊
pter hoc crucifixio xpi ſub ea ratione qua a
iudeis illata.ſub qua ratione peccatū erat:
nō ſignificabat crucifixionē ſpūalem in fi/
delibus ſub ea ratione qua a xpo ſuſcepta
cuius exemplo qui ſunt xpi: carnem ſuam

cū vicijs ⁊ ɔcupiscētijs crucifixerūt. Et constat ꝙ xp̄s ad illā crucifixiōnē suscipiendā a spūsancto mouebat̄. Similit̄ occisio Abel sub ea ratione qua fuit a Cayn illata ⁊ peccatū: nō fiebat instinctu spūssancti. eaten⁹ tamē qua fuit ab Abel suscepta patienter. qḋ sine instinctu spūsscti fieri nō potuit. occisionē xp̄i a iudeis congrue spūsācto ordināte potuit significare. Ex his liquet ꝙ ista reprehēsio facta ē sine causa. ¶ Quod vero dicūt. ꝙ sicut homo potuit aliquid ordinare. ⁊ ꝓ signo statuere re3 quam ipē nō fecit. Ex quo ɔcludūt ꝙ multo fortius hoc pōt spūssanctus: pueris liquet ꝙ nō concludūt Nihil ē em̄ in re3 natura quod possit substerni habitudini vel relationi signi. siue sit sub̄a siue accidēs siue actio quecūq3 inquātum ens ē. quod nō causet̄ aliquo modo a spūsancto. vn̄ pctm̄ quantū ad id quod carētie ⁊ deformitatis i ipō ē. sub qua rōne nihil dici pōt: nō ē ordinabile ad significandū aliqd a spūsancto. vn̄ i summa nihil est quod dicūt ɔtra Tho. i ꝓposito.

Rticulus septimus.

a

De hoc quod dicit Tho. q. clxxiij. arti. iij. vbi querit. vtru3 visio ꝓphetica semp fit cū abstractōne a sensibus corpis. In rn̄sione ꝑncipali dicit. ꝙ alienatio a sensib3 i ꝓphetis nō fit cu3 aliqua inordinatōe nature: sicut i arrepticijs vl' furiosis: sed h3 aliquā cām ordinatā: sicut ꝑ somniū vel ꝑ vim animalē. sicut ꝑ vehemētiā ɔtemplatōis. sicut de Petro legit̄ Act. x. Cū oraret i cenaculo fact⁹ ē excessu mētis. vel ꝟtute diuina rapiēte. fm illud Ezech. j Facta ē sup me manus dn̄i.

Corruptorium

Si intelligamus secūdū mēbr3 sine exclusione diuine ꝟtutis: sic vt vis animalis vel vehementia ɔtemplationis: dispositio sūt ad raptū ⁊ excessum qui fit. siue complet in ɔtemplatōe ꝑ diuinā ꝟtutē. sic videt̄ habere veritatē. qm̄ Petrus in orōne erat qn̄ eccidit sup eū excessus mentis fm textū. Si vero intelligat̄ secundū membrū cum ꝑcisione ⁊ exclusione. sicut diuisio prima facere ꝑtendere videt̄. quia diuisio ē disparatorū et separato3. ¶ Terciū membr3 ē. ꝙ qnq3 fit ex ꝟtute diuia. Si aūt fiat solū ꝓpter vim animalē ꝓpriā ex vehementia ɔtemplatōnis omino ē falsum ⁊ incōueniēs. q2 textus videt ɔtrarius. Si em̄ ꝓpria ꝟtute fuisset raptus: nō dixisset. cecidit sup eū: sed fact⁹ est in excessu. vel alienatus ē. vel aliquid tale. ¶ Itē ꝑmittit̄ ꝙ Cornelius i visiōe vidit angelum dn̄i intrantē ad se. ⁊ dixit ei ꝙ Petr3 accersiret: hic tibi dicet quid te oporteat facere. Et nūcijs venientibus dictu3 ē. ꝙ mactaret ⁊ manducaret. in quo accepit reuelationem de ɔuersione gentiū. ergo visio Petri ordinabat̄ ad visione3 Cornelij. Sicut ergo illa fuit diuinitus missa: ita ⁊ excessus Petri. ¶ Ulterius ē contra Aug. xij. super Gen. ad l'ram. vbi dicit. ꝙ nulla visio ē significatiua nisi assumpto spū humano ⁊ a spū creato bono vel malo. vel a spū diuino Si ḡ visio Petri ē significatiua ⁊ ꝓphetica. ḡ fuit spūs eius assumptus a supiori ꝟtute: nō a spū malo. q2 tūc fuisset arreptici⁹ vel ꝓpheta falsus. qḋ ē incōueniēs de tāto aplo. Dicere ḡ a spū angelico bono iussu diuino vl' imediate a spūsctō. Et reddit rōe3 Aug. q2 vim nō h3 aīa hūana diuinatōis vt qdā dixerūt. ergo ille excessus Petri nō fuit tm̄ ꝑ vim animalē vt dicit: sed cecidit sup eum. vt textus dicit. Et ipē met Tho. q. clxxv. articulo. iij. in rn̄siōe ꝑmi argumēti ɔtrariū dicit. ꝙ mens Petri fuit rapta diuinitus. qm̄ cum oraret: cecidit sup eu3 excessus mentis.

Responsio ad hec

fm Tho. Tho. intendit dicere ꝙ ꝓphetia vera semp fit ꝑ diuinā ꝟtutē ꝑncipaliter: illam tamē alienationē in sensibus ꝓphetis factā. quādoq3 dicit fieri mediante somnio quādoq3 ꝑ vim animalē ex vehementia cōtemplatōis. quādoq3 sine his repēte fit mediāte ꝟtute diuia. Nec intēdit dicere ꝙ ipsa ꝓphetia fiat ꝑ solam vim animalē. prout ipsi sibi imponūt ⁊ falso. ¶ Q3 em̄ dicūt ꝙ diuisio sua hoc ptēdit. q2 diuisio disparatorum esse debet. falsum dicūt. quia ipē nō facit illam diuisionē ex qua hoc ɔcludi posset rōne dicta. Nō em̄ dicit ꝙ ꝓphetia qn̄q3 fit ꝑ somniū. qnq3 ꝑ vim animalē. quandoq3 ꝑ diuinā ꝟtutē. immo ꝙ ad ipām alienatōem qnq3 facit somnus. qnq3 vis anīalis. qnq3 fit ꝟtute diuina sine his vt dictu3 ē. ita ꝙ semp ipā ꝓphetia fit sancti spūs illustrationē. vn̄ nō dicit ɔtra Aug. nec contra textū. nec cōtra seipsum vt ipsi verba eius

vt videt nō intelligētes. ₇ suam sniam pro/
priā pferētes salua pace sua minus beniuo
le pcestant.

Articulus octa

uus de hoc q̄ dicit Thomas i. q.
clxxx. ar. viij. querēs de diuturnita
te i ꝯtemplatōe. q̄ possibile ē diutius ma/
gis psistere in ope contemplatiue q̄ȝ actiue
etiā in statu huius vite. Cuius ratio ē. q̄m
competit nobis fm actiōeȝ incorruptibilis
ptis aie. s. intellectus. cuius signū ē q̄ durat
post hanc vitā. Alia ratio ē. q: in hmōi ogi
bus nō laboramus.

Correptorium

Sed hoc esse falsuȝ docet expiētia. Si em̄
opatio ꝯtēplatiue ē meditatio. lectio. orō ₇
silia. expimur q̄ i hmōi paꝝ possum⁹ imora
ri. vix em̄ ad momētū intētio pōt figi ₇ tene
ri in vno statu: imo distrahit. ₇ incipit eua
gari. Cui⁹ rō pōt esse triplex. Vna ē ppt cu
rā corpis animalis: ₇ sarcinaȝ carnis corru
ptibilis. Nā Sap. ix. dr. Corpus qd cor/
rūpit aggrauat aiaȝ: ₇ terrena cogitatio sen
sum multa cogitantē. Vn̄ dormiēte corpe t
reno ₇ indigētia corpis terreni sollicitante:
spm̄ vix ad momētū pmittit anim⁹ ad supe
riora intēdere. ¶ Alia rō ē pp̄ter īprobitatē
sensuū: quoꝝ fantasmata intrāt ad aiaȝ: ₇
pturbāt eius quietē: adeo vt p momentuȝ
vix possit quiescere. vn̄ improbo icursu fan
tasmatū turbat cordis sabbatū. Operatio
nes v̄o contemplatiue indigēt ocio ₇ q̄ete.
Et pp̄ter hoc Aug. i. iiij. de trini. i prologo.
Ego sentio inq̄t quāta figmēta pcurrit cor
humanū. ¶ Tercia rō ē pp̄ter difficultatē ₇
subtilitatē reꝝ. q̄ sunt obiectū ꝯtemplatiue
ad quas vix mens humana ptingit. Ob/
iectu em̄ ꝯtēplatiue sunt res eterne fm apo
stolū. contemplātibus nobis que nō vidē/
tur. Et Aug. xiij. de trini. dicit. q̄ pars supi/
or cuius ē cōtemplatiua aspicit ad eterna.
Q̄ȝdiu aūt corruptōi subditi sumus: vix ad
momentū ad res eternas intendere possu/
mus. ad illas em̄ oculus est excecatus: fm
Hugonem. ¶ Ad rationes suas dico. Ad
primā. q̄ q̄uis cōtemplatio sit operatio in
corruptibilis ptis. ac per hoc remaneat post
hanc vitā. tamē q̄ȝdiu hic viuimus: tuȝ p/
pter distractōem ₇ sollicitudinē quibȝ aīa
circa corp⁹ intēdit. tū pp̄ter turbatōȝ fātas/
matū in his paꝝ pmittit anima immorari
q̄ȝdiu em̄ est in statu vie: est aptior ad ope/
ra actiue. Opera em̄ contemplatiue quod
ammodo vie statū transcēdut. ¶ Ad secun
dū dicendū. q̄ in hmōi nō laboramus: p/
ut labor dicit motū corpis: aut put ex mo/
tu corporis causat. sed tamē quāto al'ti⁹ ele/
uat. ₇ ad opera spūalia intendit vehemen
tius: tāto minus curā corporis gerit. ₇ inde
est q̄ aliq̄n ex eius vehementia hō a corpo
ris sensibȝ alienat. eo q̄ anima corpus de/
stituit. ₇ in talibus magis lassatur et ener/
uatur q̄ȝ in alijs. ₇ tanta posset esse vehemē
tia q̄ anima a corpore separaret. ¶ Preterea
quantum cūq̄ȝ laboret corpus i opibȝ acti
uis. ille labor quādoq̄ȝ habet recreationē ex
solatiū annexū: nec requirit tantā intētōeȝ
sicut opera ꝯtemplatiue.

Responsio ad hec

fm Tho. In pmis imponūt ei falsū. nō em̄
dicit ꝯtēplatiuā magis diuturnā q̄ȝ actiuā
i statu vie: sed solū ipaȝ eē diuturnā veꝝ ē.
p hmōi rōem assignat. q: ꝯtēplatiua i vita
remanet futura. Cui tn̄ hō diuti⁹ possit insi
stere: ꝯtemplatiue videlicet vel actiue non
dicit. Sed solū declarat qualit̄ ꝯtēplatiua
i statu vie pōt eē diuturna: maxie q̄tuȝ ad
actū citra sui summū. put dicit in m. ad. ij.
argu. ¶ Rōes v̄o ₇ auctes quas ponit satis
pbāt q̄ hō nō pōt diu imorari i actu contē
platōis summo. i quo ipsa britudo eterna
plibat fm Aug. In alijs tamē actibus ad
ꝯtemplatiuā ptinētibȝ: cuiusmodi sunt iue
stigare. legere ₇ orare: pōt hō in statu vie q̄
ad maiorē eius partē. p tēpe dico vigilie. p
ut docȝ expiētia imorari. His visis obiecta
soluunt. Q̄ð v̄o dicūt ad argu. pmū Tho.
q̄ turbatio ₇ distractio fantasmatū ipediūt
morā contemplationis in statu vie. veruȝ
dicunt quo ad actū eius summū: i quo gu ps.33.
stamus q̄m̄ suauis est dn̄s. nō tamē impe/
diūt actus ei⁹ inferiores pdictos: vt pȝ i mlt
tis: quoꝝ vita totalit̄ hmōi actibȝ dedita ē
¶ Quod v̄o dicunt ad secundū. q̄ quanto
mens altius eleuat ad spūalia ₇c. veruȝ di
cūt quo ad hoc. verūtamen al's posset ex a/
lia parte labor magis intēdi. nec iste labor
excessiuus ē supra vires nature i ꝯtēplatōe
nisi q̄n exercet contemplationis actus iste
summus. vel q: alijs actibus citra summū
insistit supra modū.

Articulus nonus

a nus de hoc quod dicit Tho.
q. clxxxiiij. ar. iij. vbi querit. vtrum
perfectio vite contemplatiue consistat principaliter in pre
ceptis vel consilijs. Et in ma pri. dicit. q perfectio
vite christiane per se et etiam essentialiter consistit in
charitate dei et proximi: quia charitas est finis de
qua dantur principalia precepta diuine legis. vnde
patet q perfectio principaliter in preceptis consistit. secunda
rio autem et instrumentaliter consistit perfectio in consilijs:
que omnia sicut precepta ordinantur ad charita
tem: sed aliter et aliter. Nam precepta ordinantur
ad remouendum ea que sunt contraria charitati: cum
quibus charitas esse non potest. Consilia autem or
dinantur ad remouendum impedimenta actus cha
ritatis. que tamen charitati non contrariantur. sicut matrimo
nium et occupatio negociorum secularium.

Correptorium

Hec est abbreuiatio conclusionis sue. hec ratio ad
hoc reducit sermonem. q humana perfectio consi
stit essentialiter in duobus preceptis charitatis In
alijs autem consilijs et preceptis que ordinantur ad
charitatem consistit instrumentaliter. et q ille sit in
tellectus eius patet ex conclusione per hoc quod dicit in
fra. q. clxxxv. eodem ar. vj. in missione principa
li. dicit enim sic. perfectio vite christiane non consistit
essentialiter in voluntaria paupertate. sed volunta
ria paupertas instrumentaliter operatur ad perfectionem vite.
1 Et hoc videtur nobis sufficienter dictum. et quia intelli
git hoc ex conclusione: videtur nobis falsum. Constat
enim q in alijs preceptis et consilijs consistat perfectio
essentialiter et non tantum instrumentaliter. quod sic ostendi potest.
Omnis virtus est essentialiter perfectio. Dicit enim philosophus
vij. phisic. virtus quedam perfectio est. vnumquodque enim tunc
perfectum est quando attingit terminum virtutis proprie. ¶ Et
iterum. ij. eth. v. c. Omnis virtus cuiuscunque virtus fue
rit perficit habentem: et opus eius bonum reddit. et con
stat q humana perfectio consistit essentialiter in omni vir
tute. et si perfectio consistit essentialiter in virtutibus. mul
to fortius in operibus virtutum. nam virtutes sunt propter
opera. Ait enim philosophus. iij. celi et mundi. omnis res cu
ius operatio est fit propter operationem suam. Et iterum eti
am opera sunt perfectiones virtutum. habitus enim sunt
perfectiones prime. operationes vero sunt perfectiones
postreme quasi perfectiones perfectionum. et si perfectio
consistat essentialiter in virtutibus et in operationibus virtu
tum. ergo essentialiter in obseruantia moralium virtutum et
consiliorum. Precepta enim moralia nihil precipi
unt nisi virtutes et operationes virtutum. et prohibent
contraria. et consilia etiam nihil aliud consulunt

Ex his patet q perfectio hominis in via consistit
essentialiter non solum in preceptis charitatis sed
etiam in preceptis moralibus et consilijs: nihilo
minus tamen concedi debet q in eisdem consi
stit perfectio instrumentaliter. Neque hoc est in
conueniens. Simile huius videmus etiam in na
tura. nam in corporibus animalium videmus. q per
fectio eorum et essentialiter et instrumentaliter consi
stit in membris et organis sensuum. Nam mem
bra et organa sunt instrumenta totius corpo
ris. et sunt partes integrantes essentiam eius. In
sanctis etiam videmus. q scientie rationales sunt
instrumenta philosophie et partes essentiales eius. si
cut dicit Boecius in commento Porphyrij
in principio. Similiter et virtutes alie a charitate et
opera earum perfectiones sunt. et nihilominus coo
perantia et ordinata ad vlteriorem perfectionem.
Etiam ipsa charitas vie est perfectio. et nihilomi
nus instrumentum ordinatum ad beatitudinem.
Et propter hoc dicit magister sententiarum. lib. j. di. j. c. pe
nultimo. q virtutes propter se appetende sunt et
amande: et propter beatitudinem. propter se ergo perfe
ctiones sunt propter beatitudinem ergo instrumen
ta. Et per hoc potest exponi illa auctoritas Johan 2
nis cassiodori de collationibus patrum. quam ille al
legat: que talis est. Ieiunia. vigilie. medita
tio scripturarum. nuditas ac priuatio omnium fa
cultatum: non perfectio sed perfectionis instrumen
ta sunt. quia in istis non consistit disciplina illi
lius finis. sed per illa peruenitur ad finem. Intelli
gendum est enim q illa non tantum sunt perfectio. i. per
fectio vltima que est charitas et mentis puri
tas. sed ita sunt perfectiones q sunt instrumen
ta perueniendi ad vltimam perfectionem in via. sic
ergo habetur q perfectio hominis in via consistit in
preceptis moralibus et consilijs essentialiter: sed
aliter et aliter. Duplex enim perfectio solet distingui
a magistris. Una est perfectio sufficientie et necessi
tatis. Alia est abundantie et superogationis.
Prima consistit principaliter in obseruantia
preceptorum. quia in illis potest esse absque consilijs
et in consilijs non potest esse absque illis preceptis
Sed alia perfectio abundantie et supererroga
tionis consistit non solum in preceptis nec in consi
lijs solum. sed in ambobus simul. Sed in quibus principaliter
dicimus vt nobis videtur. quia principaliter in consilijs
signum est q ad hoc q ingredientes religionem. et vo
uentes et inducentes eos ad hoc vel omnes vel pro ma
iori parte dirigunt intentionem suam: hi vouendo: il
li inducendo ad obseruantiam consiliorum. et non
ad obseruantiam preceptorum. neque simpliciter ne
que perfectius quam in seculo. Frustra autem ad hoc
dirigerent intentionem: nisi in hoc consisteret

ꝑncipalit̄ ꝑfectio quā intēdūt. ¶ P. ipa ob/
seruatio ꝯsilioꝝ ē essentialit̄ ꝑfectio: ⁊ nō ꝑ/
fectio necessitatis. hoc ꝯstat. ē ḡ perfectio a/
būdantie essentialit̄ ⁊ supererogatōis: non
tm̄ ipa essentialis perfectio. Certū ē aūt ꝙ ꝑ
illud hȝ hō perfici ꝑncipalius quocūqȝ ge/
nere perfectōis: qd̓ ē ipa perfectio essentialit̄
q̄m per id qd̓ nō ē ipa perfectio ēēntialit̄. ꝑn
cipali⁹ em̄ perficit̄ hō perfectōe abūdātie ⁊
supererogationis per cōsilia q̄ȝ per p̄cepta.
Sic ḡ pȝ (vt videt̄) ꝙ perfectio hoīs in via
consistit nō solū instrumētalit̄: sed essentia/
lit̄ in consilijs ⁊ in omibus p̄ceptis morali
bus. Pȝ ergo ꝙ perfectio abundantie siue
supererogationis ꝑncipalius cōsistit in ꝯsi
lijs q̄ȝ in p̄ceptis alijs a charitate: siue a p̄/
ceptis charitatis. ¶ Ulterius dicimus. ꝙ si
aliqua perfectio ꝑncipalius ꝯsistit i p̄ceptis
alijs a charitate q̄ȝ i ꝯsilijs: maioris meriti
ē obseruatio ꝯsilioꝝ ⁊ perfectio illa: q̄ȝ obser
uātia p̄ceptoꝝ ⁊ perfectio illa. Hoc manife
ste pȝ loquēdo de obseruātia p̄ceptoꝝ per se
sicut ꝯmunit̄ obseruant̄ a secularibus. ⁊ de
obseruantia consiliorum a religiosis. Reli/
gio em̄ obseruando consilia obseruat ⁊ pre
cepta necessitatis perfectiori mō q̄ȝ secula/
res. dico ꝑ maiori parte. ⁊ nullus dubitat
q̇n ꝑfectius sit ⁊ maioris meriti obseruare:
vtrūqȝ simul q̄ȝ p̄cepta soluȝ. Et hoc in vi/
ris religiosis: qui ambo simul obseruāt per/
fectius. ⁊ maioris meriti esse videt̄ ꝙ obser/
uant consilia q̄ȝ ꝙ obseruant precepta alia
3 a preceptis charitat̄. ¶ Et ad hoc facit au/
ctoritas Ambrosij. libro de offi. ca. x. Offi/
ciū inquit omē aut medium ē aut perfectū
quod scripturaꝝ sacraꝝ auctoritate proba/
re possumus. Nō homicidiū facies. nō ad
ulterabis: nec falsū testimoniū dices: honora
Exo.20. mar.19. patrē tuū ⁊ mr̄ē tuā: diliges ꝓximū tuū sicut
teipm. hec sunt media officia q̄b9 aliq̇d de
est. ⁊ paꝝ. j. Si vis ꝑfect⁹ eē: vade ⁊ vē. oīa
Mat.5 q̄ ha. ⁊ se. me. Et ꝙ orādū dicit ꝑ calūniāti
bus ⁊ ꝑseq̄ntib9. ⁊ bn̄dicere maledicentib9
h̄ ōndit xp̄s nos debere facere: si volum⁹ eē ꝑ
fecti sic pr̄ nr̄ q̇ ē i celis: h̄ ḡ ꝑfectū ē officiuȝ.
Ex his ḡ v̓bis Amb. patȝ ꝓpositū vt videt̄.
4 ¶ P. vnū opus ē magis meritoriū reliquo:
vel ꝓpter maiorē arduitatē opis sic ieiuniū
i pane ⁊ aqua q̄ȝ in pane ⁊ vino ⁊ piscibus
vel ꝓpter maiorē voluntatē operātis. Ver
bi gra. Si duo opa per oīa fuerint paria:
hoc excepto ꝙ vnū fit libentius q̄ȝ reliquū.
Constat ꝙ magis meritoriū ē quod libenti/
us fit. Sed hec duo cōcurrere vident̄ i ob/
seruatione consilioꝝ respectu obseruatiōis
p̄ceptoꝝ. Opera em̄ cōsilioꝝ magis ardua
sunt q̄ȝ opera p̄ceptoꝝ. Maius em̄ ē absti/
nere ab omi cōcupiscētia carnali q̄ȝ ꝯtinere
tm̄ ab illicita. Etiā maius ē cōtemnere om
ne dominiū ⁊ possessionē q̄ȝ solum illicitam
¶ Itē opera consilioꝝ obseruant̄ quia ꝯsul/ 5
ta sunt. ⁊ opera p̄ceptoꝝ q2 p̄cepta sunt. di/
co per se loquēdo. Certū ē aūt ꝙ ille libenti
us operat̄ q̇ operat̄ solo intuitu id quod cō
sultū ē q̄ȝ qui operat̄ solo intuitu hoc quod
p̄ceptuȝ ē. ergo vtroqȝ mō maioris meriti ē
obseruatio consilioꝝ q̄ȝ p̄ceptoꝝ. ergo obser
uatio consilioꝝ ē maioris perfectionis i eo
dem q̄ȝ obseruatio p̄ceptoꝝ. ¶ P. a pho ha/
bet̄. viij. top. ꝙ maiori bono maius malum
opponit̄: nisi vnū inferat alteꝝ. Tūc em̄ mi/
nori bono opponit̄ maius malū: sicut pȝ in
viuere ⁊ felicit̄ viuere. Mai⁹ em̄ bonū ē fe/
licit̄ viuere q̄ȝ viuere. ⁊ tm̄ magis malū ē nō
viuere q̄ȝ nō feliciter viuere. quia feliciter
viuere infert viuere. Cū ergo ad obseruan/
tiā consilioꝝ sequat̄ obseruātia p̄ceptorum
⁊ nō ecōuerso: ⁊ maius maluȝ sit trāsgressio
p̄ceptoꝝ q̄ȝ consilioꝝ: sequit̄ necessario ꝙ ob
seruantia p̄ceptoꝝ sit minus bonū q̄ȝ obser
uantia ꝯsilioꝝ.

Responsio ad hec

sm̄ Tho. Sciendū ꝙ duo falsa dicūt qui
bus innitunt̄ ad dicta Tho. improbanda
Primū ē. p̄cepta tm̄ ordināt̄ ad ꝑfectōȝ ne
cessitatis volētes: vt pȝ ex dictis eoꝝ. ꝙ vir
tus vel act⁹ v̓tutis nō cadit sub p̄cepto nisi
i gradu infimo. quo nō posito necesse ē ꝑfe/
ctionē vite xp̄iane nō hr̄i. ¶ Scd̓m ē. ꝙ ꝯsi
lia ⁊ q̄dā p̄cepta moralia ordināt̄ ad virtu
tes ⁊ ad actus v̓tutū in gradu vlteriore in q̄
cōsistit ꝑfectio maior: quā dicunt ꝑfectōem
abundātie. vtriusqȝ falsitas pȝ ex doctrina
Tho. i illa. q. clxxxiiij. ar. iij. i illa rn̄sione ꝑn
cipali sic dicētis. Dilectio dei ⁊ ꝓximi nō ca
dit sub p̄cepto sm̄ aliquā mensurā. ita ꝙ il
lud quod ē plus sub ꝯsilio remaneat. vt pa
tet ex ipsa forma p̄cepti que perfectōem de
mōstrat: vt cū dicit̄. diliges dn̄m deū tuū
ex to. ⁊c. Totū em̄ ⁊ ꝑfectum idem sunt sm̄ 3.phic. ⁊
phm. Et sic cū dicit̄. Dilige ꝓximū tuū sic I.celi
teipm. Unusquisqȝ aūt seipm maxime dili/
git. vn̄ pȝ ꝙ actus dilectōnis mīme gratifi
catis nō cadit sub p̄cepto: ita ꝙ p̄ceptū ob

liget in tali mensura ad charitatē. que men
sura ptinet ad necessitatē pfectionis. ⁊ hoc
ideo. qꝛ finis p̄cepti ē charitas. vt dicit apo
stolus. j. Thi. j. In fine aūt nō adhibet a/
lia mēsura: sed solū in his que sunt ad finē
vt habet a pho. j. politicoꝝ. sicut medicus
nō adhibet mensurā quantū sanet: sed quā
ta medicina vel dieta vtat ad sanandū. si
cut aūt p̄ceptū charitatis ordinat ad chari
tatē: nō sub aliqua mēsura: sed simplicit cū
gradu quocūqꝫ: etiā pfectissimo. sicut pꝫ p
Aug. in lib. de pfectōe iusticie. Similiter p
cepta moralia que ordinant ad alias vir/
tutes morales: sine quibꝫ non habet chari
tas: cū ꝟtutes sint connexe nō ordinantur
ad ipsas sub aliqua certa mensura: que re/
quirat ad necessitatē pfectionis. ita q͛ consi
lia ordinent ad viteriores gradus eorūdē
qui ptinēt ad pfectionē supererogatōnis: sed
ordinant ad ipsas sub quocūqꝫ gradu q̄n
tumcunqꝫ pfecto. Consilia vero ordinant
ad remouendū impedimenta: que prebent
occasionē impedimenti respectu actuū hu/
Ad1 iusmodi pfectoꝝ: vt Tho. declarat. Quod
ergo dicit q͛ virtus ptineat ad essentiā pfe
ctōis: p Thoma facit. qꝛ p̄cepta legis diui
ne ordinant ad oēs ꝟtutes: cū ordinent ad
charitatē. qm̄ sine aliqs ꝟtutibꝫ impossibile
Ad2 ē charitatē inesse. ¶ Scdm̄ falsū qđ dicit
ē q͛ duplex ē pfectio. vna sufficiētie ⁊ necessi
tatis: ad quā omēs obligant. Alia supero
gatōis: que ꝯsistit i obseruatōe ꝯsiliorum
quā p̄ncipaliter intendūt ingredientes reli/
gionē: ⁊ nō obseruantiā mādatoꝝ. Ois em̄
pfectio ꝯsistit i ꝟtutibꝫ charitate informa/
tis: ad quas (vt dictū ē) p̄cepta legis diuie
ordinant. Nec vllo mō pōt hīi pfectio illa
supererogatōis que amplior ē ⁊ maior: nisi ex
hoc ipo q͛ ꝟtutes charitate iformate inten/
dunt seu augmentant. Ad ipsas aūt sub q̄
cūqꝫ gradu (vt dictū est) p̄cepta diuina or/
dinant. Falsum ē ergo q͛ dicit p̄cepta diui
